IN LIBROS PAVLI AEGINETAE OMNES, ANNOTATIONES NVNC ET PRImum concinnatæ, & in lucem editæ.

LECTORI S.

IN hoc Annotationum libro, candide Lector, locos Pauli Aeginetæ omnes, quotquot in hunc usq; diem à uarijs restitui potuerunt, quambreuißimè cognosces: quibus singulis cõfirmationes suæ adiectæ sunt, ostendentes ratione pulcherrima, & uelut demonstrantes, cur unumquenq; sic emendari conueniat. Intelliges insuper locos ab aliquibus nimium temerarijs, sed nõ nimium peritis, perperàm castigatos & inuersos, quosdam etiam ab alijs præteritos. Videbis itidem, postremam Andernaci uersionem latinam, nondum satis ubiq; tutam, & magnis adhuc erroribus refertam esse, ut non temere adiectũ illi sit, principũ edictis cautum esse, ne infra septennium integrum à quoq̃ uel emeretur, uel uenderetur. Ea tu uniuersa, non absque fructu & uoluptate tua hinc cognosces lector. Interea expectabis aliam huius authoris uersionem latinam, nõ titulotenus tantum, sed re ipsa quoq; tutam, nec multo pòst edendam. Cætera ex præfatione cognosces. Vale.





Cum gratia & priuilegio Cæsareæ Maiestatis.

Basileæ in ædibus Andreæ Cratandri, Anno M. D. XLIII.

CLARISSIMO IVRISCONSVLTO D. BONIFACIO AMERBACHIO, BOnarum disciplinarum omnium Mecœnati unico, Hieronymus Gemusæus S. D.



ADFERO litem hîc, cognoscendam tibi, uir prudentissime, Iurisconsultorum huius ætatis ornamentum singulare: quam, uti spero, prõ ingenij tui clementia, & æquitatis iustitiæq; amore singulari non auersaberis, & cognoscere nõ recusabis, præcipue uero, cum è literario negotio hæc sit nata primum, in quo tu occupare te soles perlibenter, ac uersaris supra modum feliciter. Et quia cognosco tamen, alijs quoq; rebus grauibus difficilibusq; occupatum, atque hanc causam uel cõmuni literarum nomine haud difficulter admissurũ esse; sine exordiorum ambagibus, qualis sit ea, quãprimum exponam, deinde cur àd te potissimũ referatur, paucis expediam.

Cum ante nõ multos annos, Pauli Aeginetæ exemplar uetustiss. à Ioan. Ruellio, uiro eruditione et pietate singulari Parisijs nactus essem, facta mihi fuit inde occasio super authoris huius æditione meditandi. Putabam autem, non uno solo nomine studiosis gratificaturũ, si codicis eius lectionem, non decerptis tantum aliquot uoculis, ut quidam antea fecerant, sed integram & plenam omnibus cõmunicassem. Dein si eadem quoq; opera effecissem, ut hic author quàm minimo precio in manus aliorum ueniret. Vrgebat consultationẽ, quod prior æditio, in locis non paucis ita uitijs esset plena, ut ipsis quoq; interpretibus magnam errorũ occasionem faceret. Sed & Andreas Cratander, typographus insignis alia quoq; iam tum comparauerat, quæ ad æditionem conducere posse uidebantur. Sumus igitur aggressi eum laborẽ, in quo sanè non omnia errata præstare constitueramus: quis enim hoc ab uno ausit exigere, in libro tam corrupto? sed quicquid tamen in ijs quæ ad id comparata fuerant, inueniretur, annotare fideliter. Interim in locorum quorundã emendatione, à quibusdã hominibus doctis, qui plusculum licentiæ in castigando usurpasse uidebantur, dissentientes: id quod non calumniandi aut maledicendi studio, non uenandæ gloriæ cupiditate, nullaq; ambitione faciebamus, sed idcirco tantum, ut nostram quoq; sententiã de rebus obscuris ac dubijs, uelut inter homines studiosos fieri consueuit, in medium proponeremus. quod unicuiq; in sua disciplina liberum esse decet. Atq; utinam dum id ago primum, in manus uenissent mihi Christophori Oroscij annotationes, neque enim id fuerã dissimulaturus. usus est uir ille, exemplari multis in locis castigatiore. quemadmodum nos quoq; non inutiliter deprehendisse nõnulla uidemur priores. quædam uterq; uiderat, in quibus codices ambo cõsentiebant. Ea si quis uniuersa coniungat, cognoscet non multa superesse, quæ ad huius authoris emendationẽ desiderari queant. Sic autem cõueniebat homines studiosos, in schola maxime Christianorũ; studia sua conferre, & ad ædificationem Ciuitatis Dei inter sese communicare, non quemq; proprios in contumeliam proximi triumphos agere. Et si ullo in genere, consiliorum cõmunicatio operæprecium habet, in hoc sanè uno magnum quoddã habere uidetur. Equidem dum cogito, & memoria mecũ repeto, qua arte, quibus ue consilijs, non ita pridem homines doctissimi, tum disciplinã nobis medendi totã reparare, tum singulos eius authores instaurare sunt aggressi, uideo eadem arte usos, qua tum hæc ipsa, tum reliquæ disciplinæ omnes cœptæ primũ & constitutæ à priscis fuere. Is modus erat, dum primi inuentores leuia quædam initia solum facerẽt, quibus postea adiuti alij noua subinde inuenta adijcerent, ac inter sese, quæ quisq; inuenisset, communicarent, donec in iustam perfectionẽ suam tota disciplina euasisset. Neq; enim in illam amplitudinẽ artes tantæ tamq; uariæ, quales totius encyclopædiæ titulo complectimur, consurgere potuissent, nisi multorum hominũ & ætatum cõsilijs diuturnitateq;, uis rerum omnis singillatim inuenta, & per ordinem digesta, in unum corpus cõstitisset coaluissetq;. quod Hippocrates quoq; significare uisus est, non solum ad inueniendũ, sed & ad discendum quæ dudum fuerint adinuenta, breuem esse unius hominis uitam dictitans. Sed & huius rei fidem magnam ex historia sumere nobis licet, artium singularum initia & progressus intuentibus. Exhibe quamcunq; uoles, constabit primùm fuisse simplicissimam. Musicã inter antiquissimas recensent, eademq; multo post subtilius fuisse exculta perhibetur. Cum enim quatuor phthongis cõstaret solum, quod in Mercuriũ referunt, tres chordas Terpander adiecit; & facta fuit heptachordos lyra. eaq; simplicitate diu celebrata fuit, donec multo post in phthongos plures eandem distribuisset Phrynis, et post eum Timotheus. Geographia itidem prisco-

Artium inuentio

rum opinione Græcorum traditur fuisse simplicißima, cum gentes omnes quæ paulo remotiores e-
rant, sub uno uocabulo per ignorantiã instituerentur. sic exposita ad meridiem omnia, Aethiopiam
uocitabant, ut qui nobiliores ad Aquilonem partes habitabant, uno nomine Scythas uel Nomadas,
& ad Occasum Celtas, ad ortum Indos: sola Græciæ adiacentia loca distinguẽtes exactius. Hanc
ruditatem ad Homeri usq; tempora obtinuisse, cuius rei testem adferunt ipsum quoq; uatem. Postera
ætas, diligentiorẽ horum distinctionem facere cœpit, quando Celtæ ab Iberis, Germani à reliquo
Scytharum genere seiuncti, & aliorum quoq; locorum exactior diuisio adhibita fuit. Astronomia
tam rudis extitit, ut integrorum mensium intercalationibus, annorum ordo distingueretur, quo tem
pore neq; eclepsium nec cæterorũ motuum ratio constabat ulla, quæ nos uniuersa hodie ad momen
ta usq; exacte tenemus. Eodem modo iuris quoq; ciuilis prudentia, fuisse uidetur simplicißima, quo
tempore quæ è media natura petebantur aut è gentiũ ritu, artem illam constituebant, quando inter
emptionem uenditionemq́; ac permutationem nihil uidebatur interesse, ut alia pleraq; confusa iace-
bant, quæ posterorum inde hominũ peritia distinxit diligentius. Quid dicam de nostra arte? an non
ipsa quoq; à leuibus initijs in tantam amplitudinem consurgere uisa est? primum eam excoluere sim-
plicißimi, priusquam ars esse cœpit, quam Hippocrates primus cõstituit, & Galenus postremũ con
summauit, quæ ab illo nõ satis exculta uidebãtur adijciens. sic pulsuũ doctrinã prolixius tractauit,
uulnerum in neruis curationem methodicã, non solum tradidit perfectius, sed & primus adinuenit,
ut & methodicã medendi rationem totam, in artem Hippocratis inuexit. Ad hunc itaq; modum pri
ma constitit artium inuentio, pluribus hominibus operã suam in medium conferentibus. quibus cum
accesßisset principum liberalitas, temporum status trãquillus, ingens animorum addiscentiũ feruor,
in tantam amplitudinem consurrexere singulæ, ut molem suam ferre non possent, & ruina necessa
rio inde expectanda esset. Sublatis igitur rebus ijs per quas creuerant & substiterant, succedenti-
busq́; barbaris tyrannis, bellorũq; illuuie ingruente, & amabile ocium quo ingenia fouentur, distur
bante, sequuta est ruina pulcherrimæ molis eius, & stragem passa est suarum copiarũ omnium, ἐγ-
instauratio κυκλοπαιδεία tota. Et cum iacuisset diu, fatoq; sic iubente erigenda rursus esset, quæsita ratio
fuit, per quam ex humo attolli, & in pristinam incolumitatem suam restitui posset. nec inuenta fuit
alia commodior aptior' ue, quàm ea ipsa qua primum constitisset, id est pluribus uiris partitum inter
sese laborem subeuntibus, opemq́; suam in mediũ conferentibus. eo namq; modo primum adinuentæ
& cõstitisse partes eius singulæ uidebãtur. Sic domus collapsa rursusq́; erigenda, eandem postulat
artem qua primum constructa fuerat. Admonere nos huiusce possunt homines doctißimi, qui nõ ita
dudum, tacito quodam consensu, tanquam idipsum cõmuni notione dictante, nullam aliam rationem
sequuti sunt omnes, & etiamnum sequuntur. Nam cum primum omnium ad instaurationem medici
næ necessarium uideretur, ut libri artem continentes, quando Græcorum scholæ desijssent, in lati
num sermonem transscriberentur: eam interpretationẽ partitis inter se muneribus, magna alacrita-
te sunt aggreßi, primũ Nicolaus Leonicenus, inde L. Laurentianus, mox Gulielmus Copus, & Tho
mas Linacer, quisq; desumens sibi quod ad hoc institutũ magis uideretur esse necessarium: Nam illi
sanè partem operum Galeni, quæ doctorum opem maxime implorabat, & artis præcipuam partem
continebat, latinam nobis primum reddiderunt, significãtes cæteris, quid ipsis quoq; in reliquis eius
authoris operibus faciundũ esset. Mox ad artis partes singulas instaurandas illustrandasq́;, sese con
uerterunt alij. Theoreticam partem mire illustrauit Leonicenus, locis quibusdam obscuris & prius
nõ cognitis, expositis pulcherrime. Eius inuentũ est, de tribus doctrinis explicata quæstio, et de uir-
tute formatrice exposita tractatio, & alia non pauca. Partem practicã multum eleganter instruxit
Io. Manardus. utramq; insigniter iuuit Matthæus Curtius, non admodũ æditis scriptis, sed permul
tos annos magna cum alacritate & audientium applausu, in præcipuis Italiæ gymnasijs artem tra-
dens. Huius inuentũ esse dicitur, mittendi sanguinis in pleuritide discussa ratio, pro mente Hippocra
tis & Galeni, & alia itidem non pauca. Rem herbariam pridem Hermolaus Barbarus, inde Mar-
cellus Vergilius, & non multo post Io. Ruellius, nunc postremum Leonhartus Fuchsius magna cum
alacritate restituere nobis sunt aggreßi. Anatomicam πραγματείαν, Andreas Vessalius pridem
in Gallia docuit, æditoq́; libello studiosis omnibus inuulgare cœpit, nunc autem singulari diligentia
impẽsis minime uulgaribus denuo comparatam, magna itidem cum expectatione doctorũ omnium,
ædendam rursus parat, uir ætate non grandis, sed harum rerum peritia exercitationeq́; priscis quo-
que uiris conferendus. Sic itaq; multorum diligentia, inter sese consentientium, & ueluti conspiran
tium felicissime procedunt eiusmodi opera. Porro ex his omnibus, qui posteriores fuere, non in-

sultarunt

fultarunt prioribus, quod artem quam tractãdam suscepisset unusquisq;, suis numeris omnibus non absoluisset. neq; enim Timotheus Terpandrũ accusat, quod non plures lyræ phthõgos distinxerit, sed accepta heptachordo, plurium chordarũ lyram instituit: ut neq; Terpander Mercuriũ increpat, quod non plures quatuor chordis tetendisset, sed accepto tetrachordo, trichordon adijcere aggressus est. Quod nisi Mercurius, quatuor phthongorum artem inuenisset antea, nunquam de adijciendo reliquarum chordarum numero. cogitasset Terpander, & nullam habuissent Musicam eius ætatis homines. Eodem modo in cæteris artibus cõstituendis, obseruata à priscis fuit inuentionis ratio, non exprobrantibus posteris, quæ quisq; priorum præterijsset, quæ non aduertisset, quæ neglexisset, sed sua id industria recte inuenire, & prius adinuentis adijcere contendentibus. Ea tantum in alijs reprehendisse uidemus Aristotelem, & Galenum, quæ præter ueram rationem affirmassent. Sed & leges, quæ hac in negociatione obseruarentur, ab illo traditæ fuerunt. Sic enim ait: Non solum ijs quorum quispiam opiniones acceptabit atq; utetur, sed & ijs qui ueritatem nõ penitus attigerunt, gratias habere oportet. & hi namque aliquid contulerunt, habitum enim nostrum excitarunt & acuerunt. nam si Timotheus non fuisset, nõ tantam haberemus artem canendi, & si Phrynis nõ antecessisset, nõ talis euasisset Timotheus. Eodem modo se res habet, & de his qui de ueritate dixerunt. à quibusdam enim opiniones quasdam suscepimus, at alij ut illi talia sentirẽt, in causa fuere. Sic ille. An uero ab hac diuersa est eorum ratio, qui singulorum authorum emendationem aggrediũtur? Non arbitror. sed & tanto hic esse potiorem, quatenus ab illis non singulæ artis partes, sed ipsa tota quodam modo suscipitur tractanda, siquidem ex eo genere sit author, qui totam artem aliquam polliceatur. Admonere nos huiusce quoq; rei possunt clarissimorũ uirorum exempla, in castigationibus authorum hactenus susceptis. Dioscoridem multi sunt ordine aggressi. Plinium nõ unus solus emendandum suscepit, nam post Hermolaum Barbarum in eundem annotarunt Sigismundus Gelenius, et Gulielmus Budæus. alij partem eius suscepere, uelut Franciscus Massarius. Liuium itidem multi. nam olim Laurentius Valla, quædam huius rei uelut semina iecit, locis quibusdam solum tractatis. deinde Beatus Rhenanus, et Sigismundus Gelenius non pœnitendam operã istuc locarunt. sed & Hẽricus Glareanus, singulari ἀκριβείᾳ innumeros authoris eius locos restituere & illustrare pergit. Ciceronis opera, inter alios multos castiganda suscepit P. Victorius, & post eum Ioachimus Camerarius. Quid autem illi? insultat'ne prioribus, & de ijs triumphat quisq;, si locum non attigerint, aduersus eos adnotans, nõ uidisse, non cognouisse, non intellexisse. Minime gentium id agunt, sed legem ab Aristotele præscriptam quisq; sequutus, quæ à cæteris recte tradita sunt, recipit, quæ præterita sunt, sarcire & absoluere absque illorum contumelia studet. solus Andernacus, nouæ & insolentis cuiusdam legis author esse cupit, & authorum cõmentatorem professus, calumniarum magistrum & dicacitatis artificem agere pergit.

lib. Metaphys. 2.

emendatio

Cæterum eodem ego consilio quo illi fecerant, Paulum Aeginetam cum dudum aggressus fuissem, postea in manus uenissent mihi Oroscij, nunc autem aliorum insuper doctorum hominũ lucubrationes, & ipse quoq; rectius mihi inuenisse nonnulla uidear, putaui operæpretium fore, si ea omnia, quantum ad authoris huius instaurationem facere uiderentur, & ad manum mihi essent, in unum librũ Annotationum conferrem, et prius æditis adijcerem. tum si quæ mutari temere à quibusdam cognouissem, lectori exponerẽ, & meam quoq; sententiam interponerem alicubi, non sanè maledicendi studio, non gloriæ aut triumphorum ambitione, sed officij tantum mei gratia. Quando namq; semel, nescio quo impellente genio, hũc laborem subieram, & authoris æditionem aggressus fueram, putaui officij quoq; mei esse, si quæ ad illius maiorem emendationem facere uideãtur unà nunc adferre. quod & in Galeni quoque & alijs æditionibus facturum esse neq; diffitebor nunc, neq; in posterum detrectabo. et constat mihi huius cõsilij ratio, in rebus hisce peragendis, quamdiu me neq; Deorum immortaliũ, neq; uirorũ quorum mihi opem ad id cõparauero, destituent auxilia. Optimus quisq; lector, studium hoc eo modo suscipiet, quo bonorũ mentes coniunctas esse inter sese decet.

Oroscij sanè diligentiam non probare uehementer nõ possum, acumen ueneror, modestiã amplector, solet enim sine conuicijs aliorum, absq; contumelia, sententiã suam in medium adferre. Verũ Andernaci genium satis mirari nequeo, qui nulla iniuria lacessitus, (nisi iniuria sit, ab aliquo recte dissentire) iniquũ bellum suscepit, & mira uafricie quadã agere cõstituit, aliorũ inuenta nobis petulanter exprobrãs. & dum ab Oroscio in triumphum captiuus abducitur, infinitis prope stragibus deuictus, latere tamen sese putat, et tanquam ipse uictor extitisset, sibi eam laudẽ totã usurpat, & ob illius uictoriã triumphare de nobis conatur, dissimulans se præ multis uulneribus acceptis, ægre adhuc superesse, et uix animam ducere.

Videtur mihi hæc admiranda quædã triumphandi species, & ijs quæ hominibus melancholicis contingunt quàm similima, è quibus alij sese reges esse dictitant, alij pontifices, alij aliud prægrande aliquid & magnificum imaginantur, ignari quàm alta mentis caligine sepulti sint, & quàm cæteris mortalibus sint ridiculi. Quid autem agit aliud, dum quæ ex Oroscij annotatis decerpsit, & non raro tacito eius nomine congeßit, proponens cæteris fucum facere lectori, & admirationi nobis esse pergit? Hæc enim paßim agit. Sed & reliquas belli partes, quibus hæc strategemata conuenire non uidentur, suo Marte gerens, quale pugnæ genus usurpat? longe diuersum quàm quo homines studiosi inter se depugnare solent, ἀντὶ ἐπαγωγῶν συκοφαντίαις, ἀντὶ δὲ ἀποδείξεων ψευδολογίαις χρώμενος. His artibus instructus ille, & uictoriam, uti secum imaginatur, adeptus, potestatem uendicat sibi de cæterorum factis iudicandi, & pronunciat nos nimium magnifice nostram operam celebrare, & non triumphare serio. quæ sanè hominis sententia, non parum morosa esse uisa est mihi, & si tale quidpiam factitatum à me dudum fuit, dißimulari poterat, cum absq; cæterorum contumelia istud fecerim. Quod si tamen aliorum aures id offendere intelligam, postmodum parcius faciam, & erroris huius ueniam precabor, neq; enim defendam hæc, et dicam, quod in eorum gratiam qui magnis suis impensis talia opera suscipiunt, grãdius quædam prædicentur nonnunquam, quodq; id forte nostro etiam iure facere liceat, & esse doctißimorum hominum, qui factitarunt eadem, illustria exempla. An ne Angelo Politiano, ob unũ locum è ueteribus exemplaribus decerptum tam alte intonare licebat? nobis qui supra modum multos locos in authore optimo restituimus, hiscere nefas erit? Nam rursus nõ addam, quod supra uulgarẽ morem emendantiũ, non paucos locos à suis erroribus, quos iste de nouo inducere tentabat, purgarim defenderimq;. præterea iam tum cõstituerim meliora reddere, ita cœpta ruditer, nisi forte hoc isti soli nõ facere solum, sed scribere liceat, excusanti raptim sese ædidisse sua, & emendare constituisse, tanquam hoc ius soli peculiare esse oporteat; non cõmune alijs qui eodem uti uolent: aut tãquam excusari poßint hoc pacto errores, quos ille nouos inducere tentauit nuper, locos non malos corrumpens, & integros saucians, & pro arbitrio tantum suo singula statuens: aut tanquam multum intersit, utrum pauco tempore an multo usus authorem corrumpere quis moliatur, uelut intra sex mensium ne interuallũ multos locos Pauli quis euertat, quod iste fecit dudum, an intra totidem annos idem tentet, quod nũc facere pergit. Ad recte intelligendos authores, tempus postulare decet, ad corrumpendos nullo modo licere, mihi sanè uidetur. quod si ea quæ prætermissa uidentur à nobis fuisse, excusare ita constituissem, & fas esse putarem, poßem uere id usurpare, & conuincere quoque possem quàm exiguo tempore, multis obrutus, paucorum auxilijs adiutus, lectionem codicum omnem inter se contulerim, castigarim, expedierim, ut improbißimũ sit ab uno petulanter uniuersa deposcere, & per contumeliã singula exprobrare. Cæterũ qualiter iste iniquus esse pergat, in ipso opere singillatim ostendetur deinceps. Nunc ad alteram partem orationis me conuerto, & ostendo paucis, cur ad tuum tribunal hanc quæstionẽ decidendam dijudicandamq; attulerimus. Qui de Iudicis officio scripta æddiderunt, eum definiere, uirum bonum, iuris dicendi, et æquitatis statuendæ peritum. nimirum significantes, cum animæ uis in homine duplex habeatur, appetendi una, altera cognoscendi, quarum illa in irrationalitate & intellectu affectibus irrationalibus delegato, hæc uero in conspectione æstimationeq; rerum posita est, earum utramq;, in eo cui arbitria rerum demandentur, probe conformatam constitutamq; esse oportere. et cui hæ dotes animi cõtigerint, ei rerum iudicia tutißime cõmitti. Sanè prior facultas id præstare solet, uti rem quamcunq; cognoscere queant facile: posterior id efficit, ut ab eo quod recta dictarit ratio, recedere nolint; neq; enim patietur, ut uel odio uel amore, alia'ue affectione ulla præpediti, rectam iuris rationem transgrediãtur. Et si prudenter hæc ab illis præcepta sunt, minime imprudenter ego fecero, si præsentem quoq; controuersiã, ad tuam fidem, ueritatem, sapientiamq; adduxero. Quanquam uero, nõ è ciuili negotio, sed ex arte nostra, id est è medicorum schola nata sit hæc quæstio; & proinde à iuris disciplina diuersa esse uideri poßit, existimandũ tamen huius quoque cognitionem minime alienam abs te fore. Cui enim præter iuris prudentiam, cæterarum disciplinarum omnium cognitio feliciter contigerit, quiq; supra linguarum peritiam, & dialecticam facultatem, philosophiæ quoq; totius scientiam teneat, ecquicquam fuerit tam peregrinum aut admirabile, quod eius mentem subterfugere queat? Sed & æquitatem tuam, qualem in primis quærunt, qui causas habere sibi legitimas uidentur, nemo est qui non perspectam habeat. Beneuolentiam nõ solum deprædicare solent, sed & indies experiuntur, quicunq; ad opem tuam ac fidem in rebus suis

arduis

arduis confugiunt. Sic, quod sibi præsidium oratores in aliorum iudicijs magna arte & studio efficere moliuntur, id in tuo foro, ab optimo artifice natura prius comparatũ, & ultro sibi obuiam habent. Neque uero, quod cæteri solent, qui eandem laudem sequuntur, notos tantum & necessitudine quapiam deunctos suscipis. quin neminẽ aspernaris, omnibus domi soles esse, qui opem tuam imploraturi fores adeunt. Fidem ac religionem magnus ille Erasmus, non solum scriptis æditis publice laudauit olim, sed & extrema uoce sua factoq. laudationem confirmauit, rerum suarum omnium arbitriũ uoluntati tuæ cõmittens. Ea sanè exempla, me quoq. nunc impulere, & animum addiderunt mihi, ut qui uirtutes uniuersas tuas antea cognouerim, sapientia sæpe factus sim prudentior, æquitatem in pluribus rebus expertus fuerim, beneuolentiã summam cum pari fide iunctã non raro senserim, hunc ordinem tuorum assessorũ in expedienda quoq. hac causa, decidendaq. nunc solicitarem. Ergo neq. præter officium ego ista fecisse, & tu pro more tuo egisse uideberis, dum eadem beneuolentia hæc audire & cognoscere sustinebis, quam in arduis rebus suis experiri consultor nunquam non solet. Basileæ Calen. Martijs, Anno M. D. XLIII.

Typographica errata quæ insunt operi Aeginetæ, seorsim hic habes. quibus sunt adiecti loci nõ pauci, per coniecturam emendati, & his adiectum inuenies elementum f. forte.

Pag.2.uer.43.lege περὶ τῶν εἰδῶν τῆς ῥίψεως.p.4.7.κατανίζειν.& 31.post γλυκὺ punctum.p.7.40.συντετμημένον.& 49.ὡς abundat.p.9.49.ἐναντίως.13.39.ἀτέραμνα.& 42.σταθμῷ δοκιμάζουσι, τὰ κοῦφα νομίζοντες.p.14.11ἐννήξασθαί ποτε.et 13.γαστέρα.& 15.λύον, mox ἐκθορμαίνον, sequente ἀγχέον, inde προέχον, omnia per o.& uer.44.ἐκκλίνοντα.p.23.32.ἐπιβλητέον.& 38.διὰ τὸ φυσῶδες.p.30.1.ἀμέτρων περιψύξεων.p.31.19.ὡρῶν.p.32.12.f.ἔκλυσι.p.40.42.post χεῖρα distingue.p.41.7.ante λουτρὰ punctũ.p.43.26.μὴ κινηθεῖσιν.p.46.30.ξηροῦ.32.f.πεπονημένων.35.πιμελώδης.47.3.παρακμαῖς.p.48.ult.f.ἔντασις.p.49.16.f.μάλιστα δὲ ἀλφίτων.pag.54.21.f.ἴσον.p.56.15.νίτρου.distingue.& 43.μάννης.p.57.18.f.ἢ ψύξεως.p.65.19.τὸ καταγυιῶσαι.p.69.18.χίου.p.81.33.et 36 συκέαν.35.σορβέως.51.λεκύθου.p.88.7.f.ἐμπεπασμένης.p.104.40.δυσεκλύτων.p.109.11 ante δίδου punctum.p.113.3.ὑοσκυάμου.121.21.ὀῤῥῷ.p.128.29.ἐγκαθισμὸς.p.132.38.μυρσίνης.p.137.10.περιφλυκταινουμένα.11.f.ἐμπλάστρων.p.177.32.ἀφηλεγμένα.p.184.45 εἰς τὴν ὑπερῴαν.p.196.13.καταλλήλως.p.199.5.κατὰ ἐπέκτασιν.p.213.1.εἰρημένῳ.pag.225.35.διὰ τῶν στοιχείων.p.262.40.οἰδαλέοις.p.272.42.Φιλίππου.p.277.46.ἢ σίραιον.p.290.18.ἢ ῥόφος σαρκωτικὸν ἑλκῶν.p.297.3.καθερπύσασιν.p.305.20.ξυλίου.

CANON ANNOTATIONVM.

Numerus primus, paginam: ſecundus, uerſum ſignificat. Maiores *numeri, adiecti marginibus, capita cuiuſq; libri ſignificant, quod profuerit, ſi quis ad* Aldinam *æditionem adhibere iſta uolet.* Loci Dioſcoridis, *è diuiſione* Marcelli Vergilij *citantur.* Adiecti *ſunt nonnunq̃ locis* Galeni, *in marginibus, paginæ & uerſus in quibus habentur, iuxta æditionem* Germanorũ *græcam.* Cæterum *priuſquam te ad lectionem* Annotationum *conferas, non pigeat emendare quædam, uidelicet in pagina 3. uer. 45. lege* ἀναχθλῶαι. *p. 9. 15. caput eſt. 64. & uer. 37. lege, hîc præcedente. p. 10. uer. 10. ſi quæ habes. p. 12. 25. propior eſt ſcripturæ. p. 15. 44. cum locos. et uer. 24.* πυρέτοι. *pag. 24. uer. 17 & 30.* συναποδιδράμενος. *p. 28. 11. conſtet. p. 48. 40. utorq; ad hanc. &c.*

CHARTARVM SERIES IN ANNOTATIONIBVS.

a b c d e f g h. Omnes *duerniones, præter h ternionem.*

Cap.I Oroscius PAgina 3. uersu capitis primo, τὸ, προσσιαίνειν, uox est composita ex præpositione & uerbo σιαίνειν, quod apud Hesych. παρενοχλεῖσθαι significat. Est autem scribendũ προσιαίνειν simplici σ. & significat stomachi redundationem, quam Aristot. 7. de animalib. cap. 4. uocat nauseam, ἔτι δὲ ναυτίαι καὶ ἔμετοι λαμβάνουσι τὰς πλείστας. Aëtius lib. 14. cap. 8. de accidentibus grauidarum, πλάδος στομάχου καὶ ναυτία. Plin. hist. nat. lib. 7. cap. 6. redundationem stomachi uocat, A cõceptu, inquit, decimo die dolores capitis, oculorum uertigines, tenebræq́; fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Oribasius lib. 5. cap. 1. ἐπειδὴ ταύτας μάλιστα ἐνοχλεῖ τὸ προσιαίνειν καὶ συνεχῶς ἐμεῖν. i. quandoquidẽ hæc prægnantes maximè infestare solent, redundatio stomachi & uomitus continuus. E quo loco Oribasij, & exemplari uetere, scribendũ esse σ simplici annotandũ hic duxit Oroscius, quia uetus scriptura erroris occasionem quibusdã fecisse uidetur, putantibus significari redundantiã totius corporis, sententia neq; uera, nõ enim id ea uox significat, neq; ad hunc locum accõmodata. Nam Paulus ijsdem remedijs utitur, & ad uomitus & huius accidentis curationẽ, quod uerbo προσιαίνειν significatur. Est autẽ manifestum, non esse eadem medicamenta uomitus et excrementorũ totius, imò penitus contraria. hoc enim medicamentis purgantibus, illud restringentibus curatur. Sed & nullus author inter grauidarum accidentia, cõmemorat hanc totius corporis redundantiam in excrementis, sed stomachi affectionem eam, ut ex locis citatis est manifestũ. Hæc doctißimè annotauit Oroscius, quæ cum Andernacensis in sua cõmentaria ad uerbũ ferè congesserit, mirum est cur omiserit hic occasionem, quam nusquam non quærit, calumniandi, cui rei adeò studuit, ut aliquot in locis mendacia affingere ueritus non sit. Poterat autem hic ostendere rectam huius uerbi scripturam, quæ in quibusdam exemplaribus duplici σσ reperitur. uer. 3. ἀσιτεῖν. Hic Andernacus contra scripturam omnium exemplarium contendit legendũ esse ἀποσιτεῖν. Sed uide q̃ dialecticè, ἀσιτία, inquit, abstinentia à cibo prorsus est. ἀποσιτία uero fastidium cibi tantum est, ergo diuersa significant. Id ubi authoritatibus copiose demõstrasset, subdit tandem quod Paulus uersu 12. in horum symptomatũ curatione dicat, τοὺς δὲ ἀποσίτους, non ἀσίτους. quare hic quoque in eorundem symptomatum enumeratione, legendum esse ἀποσιτεῖν, non ἀσιτεῖν. & satis aptè hactenus. Sed mox obijcit sibi, τοῦ ἀσιτεῖν significationem confundi quandoq;, ut nunc cibi abstinẽtiam, nunc eius fastidiũ, hoc est, idem quod ἀποσιτεῖν significet, uelut apud hunc ipsum authorẽ cap. 35. dum ait: οἱ δὲ εὐσιτότεροι ἀντὶ ἀσίτων ἐγένοντο. Quo loco τὸ ἀσίτων significet fastidientes cibum, non abstinentes à cibo prorsus, astipulante etiam Aëtio lib. 3. cap. 8. dum ait, οἱ δὲ εὐπνούστεροι ἀντὶ δυσπνουστέρων ἐγένοντο, καὶ εὐσιτότεροι ἀντὶ ἀποσίτων. E quibus omnibus apparet non necessario mutandã scripturam esse, sed existimandum hic quoq; usurpari à Paulo τὸ ἀσιτεῖν pro ἀποσιτεῖν, contra eius propriam significationem. Poterat addi, quod infrà lib. 3. cap. 59. ipsius quoque ἀποσιτεῖν significationem uarians Paulus, usurpet pro ἀσιτεῖν, uelut iste eo in loco annotauit. Contra tamen omnia hæc & aduersus obiectionem propriam suam, aliud nihil adserens, ad promulgãdam conclusionem pergit, & uidetur sententia συμπεράσματος: Quamuis id fieri quãdoq; apud authores consueuerit, tamen hoc in loco si recipiatur, perituram sibi calumniæ occasionem, uidebitur enim Gemusæus id non præterijsse, & Oroscius qui in corrigendis erroribus istius plus quàm uelit est oculatus, hoc non neglexisse, & consequenter nihil inuenisse, & non recte triumphare hic existimabitur Andernacus. Aut hic sensus est, aut qui sequitur, ut syllogismus sit: τὸ ἀσιτεῖν, uariè usurpatur apud Paulum, ergo hoc in loco necessariò mutandum est in ἀποσιτεῖν. quis uero unq̃ insaniuit ita, ut iste facit? Putat ne se brutis scribere, dum sic ratiocinatur? dum præter fidem exemplarium omnium, præter morem authorum, nulla prorsus urgente necessitate, persuadere instituit scripturam hanc pro libidine unius mutandam, & quia istud nos non pridem fecerimus, commeruisse calumniam? Miror quur eadem impudentia non fingat se in aliquo codice ita scriptum reperisse, fecisset nimirum, si in mentem uenisset illi. Qui ueterum authorum libros emendare uolunt, eos decet aut omnino acri iudicio præditos, aut minime temerarios esse: deinde solo ueritatis studio duci, nec nimium ambitioni tribuere. quatenus enim illa hominum ingenia excitat, fortasse ferenda est, dum uero rectæ mentis rationem præpedit, tum releganda est. His tamen omnibus in primo statim limine peccasse uidetur Andernacus. E quibus coniecturam facere licet, quid in reliquo opere suorum cõmentariorum ab ipso tibi expectandum sit lector. & planè quæ ille ad au-

(Margin notes: Andernacus impudenter hic emendat — Cantherius in poria)

thoris huius emendationem annotauit, aut ab alijs prius inuenta & adnotata fuerunt, maxime uero ab Oroscio, aut nullam habent inuentionem commentarijs dignam, aut non nimium firma sunt & solida, aut etiã falsa sunt: adderẽ rursus, mendacia isthic haberi non pauca, nisi id eßet inciuile. Hæc itaq; si ab eo tollas omnia, uidebis nõ nimium multa supereße quæ ad huius authoris emendationem facere poßint, nisi addas mendas typographicas, quas ille cum magna maiestate adnotauit, sicubi υ pro ν, aut ω pro ο, aut omnino aliquid simile operarum errore positum sit. Erit autem id manifestum tibi lector in ipso paßim opere nos non falso hæc, sed uerè affirmare. uers. 9. uariat lectio codicis nostri, sic enim habet, ἢ βαλαύστιον ἢ κύτινον καὶ σμυρνίου κόμην. Et uidetur minimè improbanda lectio. nam & κύτινον facultatem habet qualem hic præparat Paulus, stomacho nimia humiditate laxo, & adstipulari uidetur Aëtius lib. 16. ca. 10. de uomitu & nausea prægnantium, quo loco non additur κύτινος, sic enim habet lectio, βοηθεῖ δὲ ἔξωθεν οἰνάνθη καὶ βαλαύστιον καὶ σμυρνίου κόμη ἢ μαράθρου σπέρμα. Insuper autem huc facit, quod non admodũ per comam fit eius herbæ descriptio, quomodo absinthij comam Galenus & non multo post cyparißi comam dicit Paulus, & hic σμυρνίου κόμην. quod apud authores de ijs ferè plantis, quæ folia habent per partes secta usurpari solet. Sed et Paulus infrà lib. 7. cap. 16. βαλαυστίῳ apposuit κύτινον, ne quis fortè putet enumerationem fore superuacaneam, si antiquam lectionem sequamur. Hæ quanquam coniecturæ sint, οὐχὶ σημεῖα ἀποδεικτικὰ, faciunt tamen lectionẽ codicis non parum probabilem. Ceterũ qui de hoc mulierum morbo, plura cognoscere uolet, uideat Galenum quarto de symptomatũ causis, Aristotelem de animalium historia 7. cap. 4. Aëtium loco citato, Alexandrum Aphrodysæum secundo problematum, & interpretẽ Aristophanis, in Comœdia cui titulus σφῆκες, & εἰρήνη. Ex hoc ipso loco Pauli errata quædam Auicennæ emendantur, ueluti uigesima prima tertij t. 2. cap. 4. De appetitu prægnantis, & polipodium quidem, inquit, exiccatum conuenit appetẽtibus luium ex eis. legendum enim amylum siccum, & alia itidem quæ ex collatione locorum deprehendere licet.

Oroscius Pag. 4. uers. primo, ὄνειαται δὲ καὶ οἱ πόνοι. hic Oroscius legit è scripto exemplari ὀνήσειεν, id est, utiles etiam sunt labor & longior peregrinatio: Confirmante lectionem hanc Aëtio lib. 14. cap. 8. Cur autem mihi quoq; id probabile sit, in causa est, διότι τὸ ὄνειστον μᾶλλον λέγουσι περὶ τῶν τὴν εὐσιτίαν πασχόντων, οἷον ἀνθρώπων, ἢ τῶν ἐμποιούντων ταύτην. ὥσπερ καὶ τὸ ἄσιτος καὶ ἀπόσιτος. Andernacus hic sui defensione aduersus Orosciũ occupatus, nostri oblitus est. Videtur autem impudenter agere, ueterum exemplarium fidem implorãs, cuius ipse fidei rationem adeò exiguam paßim habet, contra eius autoritatem statuens quæcũq; in mentem ueniunt illi, etiam ubi nulla subest emendandi neceßitas. Andernacus

& uersu 35. legendum ἡψημένα πτισάνῃ, IIII
cum ἰῶτα subscripto. Citat Oroscius hic locũ ex Oribasio lib. 5. cap. 4. è quo ad uerbum hæc desumpta sunt, ὄξει δὲ μαράθρου τε ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς ἐν πτισάνῃ. Et Dioscoridis aliũ, lib. 3. cap. de fœniculo. αὐτὴ ἐσθιομένη ἡ πόα δ' ὕματου γάλα κατασπᾷ. καὶ τὸ σπέρμα δὲ πινόμενον καὶ συνεψόμενον πτισάνῃ. & uers. seq. ubi prior lectio habet μελάνθιον γλυκὺ, legendum per ει diphthongum γλυκεῖ, id est, è passo, lapsu facili, quem locum è uetere codice restituit Oroscius. Andernacus qui pridem horum nihil intellexit prorsus, non uno tantũ modo hic peccat. Primum enim iniquũ postulat, dum putat me omnia errata, præstare debuisse, præter omniũ studiosorum hactenus receptũ morem. Deinde quod ab Oroscio doctior factus, dißimulatis suis erroribus, pro beneficio quod uicißim illi debebat, non ueretur calumniam offerre. Postremò, quod ex illius uictoria, sibijpsi triumphum decernit, quod sanè impudente quadam arrogantia paßim facit ille. Ego sanè quibus in locis exemplarium fides me iuuabat, pro uirili mea sum opitulatus: ubi hoc defuit, locum reliqui intactum, satius esse ratus, uulnus non tangere, quam per imprudentiam, fallacem illi medelam adhibere. Sciebam enim quam lubricæ essent coniecturæ, qui uidissem Andernacum hunc, in priore æditione fœdos & impudentes errores huc induxisse. Id quod etiamnum facere pergit, ut ostendam tibi lector non uno in loco solo. Qui locum autoris, cui certum auxilium ferre nequit, sauciũ relinquit, is occasionẽ emendandi non adimit ijs qui postmodum meliores codices nacti fuerint. qui uero per libidinẽ & imperitiam aliquid mutat, is tanto grauius peccat, quãto peior morbus est per quẽ sani uidẽtur, tales enim ne medelam quidem postulãt, quum tamen opus habeant maximè. Longe itaq; diuersa ratio est, quam uterq; nostrum est sequutus. Is enim proposuisse uidetur sibi eos locos annotare, quos præterire maluit Gemusæus, quòd è codicibus qui ad manum sibi tum fuerunt, restitui non possent, quàm lubricis conie- Hic nihil puduit Andernacum

cturis emendare. Ego contrà, necessario aliquot lo cos in eum notaverã, sine cõuicio tamen, sine con tumelia, quos ille per imprudentiã corrumpere, id est ex malis deteriores, aut omnino ex bonis malos facere pergebat, plerunq; tamen tacito istius nomine id faciebã. Hanc igitur ob causam, iste malignã & impudente cõtentionem est adortus, quam tan to studio sequitur, ut subinde à recta ratione deijciatur. ecce enim mox ridiculum ipsius erratum.

[Andernac9 nouo errore lapsus] Vers. 37. πᾶν μέντοι τὸ πονηρὸν γάλα καὶ εἰ παχὺ εἴη ἢ δριμὺ καὶ δυσῶδες, προαμέλξασαν οὕτω προστιθέναι τὸ παιδίον. hunc locum falso & indoctè à se pridem cõuersum, nunc longe indoctius annotauit. Sic enim illum uerterat, Omne uero lac uitiosum siue crassum siue acre fuerit & fœtidum, puerum qui prius suxerit, eadem qualitate inficit. Sic eundem nunc annotauit, προαμέλξασαν passiuè positum, cum mediũ alioqui sit. putauit ille socius pridẽ, uocem προαμέλξασαν [vide expositionem huius in fine annotatorũ lib. 2] adiectiuum esse τοῦ παιδίον, nunc putat iungendũ τῷ, γάλα, ita semper illi neutrius est generis.

Pag. 4. uers. 37. Quod in Pauli codice passim scriptum habetur per εω προσεωνεῖν, in Dictionarijs scribitur per αω, id quod primus mortaliũ [Andernacus] adnotauit Andernacus, putans hoc ad artem recte tractandam magnopere pertinere. Et ne periret illi gloria, admonuit lectorem perquã diligenter, se se primum hæc tradidisse. Suidas sub elemento κ. καταιονοῦσι, βρέχουσι, καταντλοῦσι.

Pag. 5. uer. 6. μάλιστα πολλῷ, addit Oroscius è codice uetere, θερμῷ. & confirmat lectionem Oribasius lib. 5. cap. 7. & uer. 19. ἢ τὸ ἄνηθον. sic exẽplaria. Oroscius ex Oribasio lib. eius 5. cap. 12. legit ἄνισον. & confirmat hanc lectionem autoritate Auicennæ tertia primi, de fluxu puerorum agentis, his uerbis. Quod si timor adfuerit, quod ex eo adueniat supfluitas, succurrendum erit embrocando uentrem eius ex anthera. i. semine rosarum & cimino & aniso. Apparet eius [Andernacus] codicẽ habuisse ἄνηθον. Andernacus hunc locum furtim sequutus est, ut existimemus ipsius inuentũ esse. quod autem sequente uersu admonet legendum θερμῶς, non θερμοῖς, hoc ipsius est, & insomnium est. nemo enim legit aliter.

XVI Pag. 6. uer. 17. ἢ περὶ τὴν κοιλίαν ἢ ἐν τοῖς ἐντέροις περιέχεσθαι. Si Io. Andernacensis aut in huius castigatione exemplaris fidem attulisset, aut in reliquis suis cõiecturis tam fuisset certus, quàm multis in locis fœde labitur, non erat cur hoc in loco ab ipsius sententia diuerteremus, uerum quando ille & passim cæcutit, & supra modum temerarius in locorum mutatione deprehenditur, operæprecium est, nostram quoque sententiam adferre paucis. Neque uero hic contendam, utra concinnior lectio sit, sed quo pacto hic locus ab authore scriptus fuisse, & nõ necessario mutandus esse uideatur, scribit igitur sic Andernac9. Galenus pro ἐν τοῖς ἐντέροις habet ἐν τοῖς ἀγγείοις, cui ego lectioni assentior. Confirmat deinde lectionẽ, inquiens: ut prima concoctio in uentre, altera in uasis administratur, ita distributio ex intestinis prima, altera è uasis oboritur. postremum addit porisma, sic: Hæc non aduerterunt Oroscius & Castigator Basiliensis. Si exemplariũ fidem adferret ille, tum respõderem, eum esse hoc loco quàm nos tanto feliciorem, nostrum enim exemplar hoc non præstitisse. Cum autem coniecturas ille tantũ adferat, è quibus certo constare nequit, utro modo Paulus scripserit, è duabus autem lectionibus quæ ambæ sunt ueræ, probabilior ea sit quæ ueteri scripturæ propinquior est, nõ imprudenter fecisse censendus is est, qui ueterem lectionem immutare noluerit. Reperitur autem ea lectio, ἐν τοῖς ἐντέροις, passim ita scripta, ut ne ea quidem exemplaria quæ illi uidere contigit, aliter hic habeant. Sic Aëtius libro 3. cap. περὶ γυμνασίων. ἐπεὶ οὖν τῇ ἀναδόσει τῆς τροφῆς συνεργεῖ, χρὴ μήτε πλῆθος ὠμῶν χυμῶν ἢ ἀπέπτων σιτίων, ἢ περὶ τὴν κοιλίαν ἢ τὰ ἔντερα περιέχεσθαι. κίνδυνος γὰρ αὐτὰ ἀχθῆναι πρὸς ἅπαντα τὰ τοῦ ζώου μορία, πρὶν χρηστὰ γενέσθαι τροφεὺς. Sequitur lectionem hanc Ianus Cornarius, sic enim uertit. Quandoquidẽ igitur distributioni alimenti opitulatur exercitatio: oportet sanè neq; humorum crudorũ, neq; ciborum incoctorũ copiam, neq; in uentre, neq; in intestinis cõtineri, periculũ enim est ne ad omnes animalis partes deducantur, priusquã probe concoquantur. Io. Montanus ita. At quoniam distributioni alimenti consulendum est, non oportet ciborũ crudorum semicoctorumq;, uel omnino aliquam humorum multitudinem, neq; in uentriculo, neq; in intestinis contineri, alioqui periculum esset, ne ad cuncta animalis membra deferretur. Cõsentit autem nobiscum alia Galeni lectio, eodem in loco, his uerbis, ἄγειν [2. ὑγιεινῶν.] δεῖ τὰ γυμνάσια, προαποθεμένων ἅπαν ὅσον ἐν τῇ [pag. 233.] κύστει καὶ τοῖς ἐντέροις τοῖς κάτω περιεχόμενον [uer. 29] ἢ περίττωμα. κίνδυνος γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων εἰς τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ἀνενεχθῆναί τι, τῇ ῥώμῃ τῇ ἐν τοῖς γυμνασίοις θερμότητος ἀναρπασθέν. Hæc non adfero, ut coniecturam, non omnino improbabilem, subuertere penitus instituam, sed ut ostendam cur ad mutandũ non fuerim præceps. & puto me ob hanc cunctationem non commeruisse, ut iste sycophantam aduersus me hic agere debuerit rursus. & uers. 27. ἢ προβαίνειν XVII ἢ μικρὰ ἢ οἷον αὐτῆς δυνάμει περιπατοῖ. Con

iectura

iectura pridem hic usus sum, num legi conueniret ἢ περιβαίνειν μικρὰ, ἢ καὶ οἷον ἄν τις δύναιτο περιπατεῖν, quolem lectionem Copus sequutus uidebatur, & non absurdam faciebat lectio Aëtij lib.3.cap.3. ταῦτα δὲ δεῖν τὸ σκάπτειν ἢ φορτίον αἰρόμενον μέγιστον ἢ ἐπὶ χώραν μένειν, ἢ περιβαίνειν μικρὸν, καὶ οἷον περιπατεῖν, quam

Oroscius

sequuntur interpretes Aëtij. Verum Oroscius meliore codice usus, locum sic restituit, ἢ περιβαίνειν μικρὸν, καὶ οἱ ἄναντες περίπατοι τούτου τοῦ γένους εἰσὶ, id est, huius generis accliuis est inambulatio. fidem autem sui codicis hic confirmat quoq; autoritate Galeni ὑγιεινῶν 2. & Oribasij lib.1.cap.3. Nobis itaq; necessarium uisum est, coniecturã relinquere, & sequi ueteris codicis fidem. Non est autem cur hic rursus insultet nobis

Hic Andernacus impudenter dissimulat, et ob alienam uictoriam stolide exultat

Andernacus, ob uictoriam quam alius acquisiuit, uir & bonorum exemplarium copia felicior, & in scribendo non paulo quàm sit iste, prudentior.

& uer.35. ἐν τούτῳ δὲ ἱδρῶτα θεάσῃ θερμὸν, ἀτμῷ συμμιγῆ. Andernacus hic rursus occasionem calumniæ se nactum putans, cõtendit legendum esse θερμῷ, ut referatur ad uaporem, ex Galeno ὑγιεινῶν 2. cum nihilominus ille locus

pag.244. uers.2.

ex hoc Pauli loco emendari posse uideatur. Consentit nobiscum & ratio, & loci authorum alij, uidetur enim uapor omnis calidus esse, ut superuacaneũ sit, uapori adijcere τὸ θερμόν. Et ut docet Aristoteles lib. μετεώρων primo, ἀναθυμιάσεως est ueluti ratio quædam calor ipse, differentiæ uero eius sunt hinc humidum, & est ἀτμὶς, quem nostri dicunt uaporem, hinc siccum, & est ἀναθυμιάσις nomine generis uocitata, quam dixerũt aspirationem. Sic igitur uapor omnis calidus fuerit, sed sudor non omnis, sunt enim aliqui sudores frigidi. Sed & rationem hanc nostram & lectionem confirmat scriptura exemplarium Pauli, quæ & isti & nobis uidere cõtigit omnium. Et Aëtius lib.1.cap. περὶ τῶν ἄλλων γυμνασίων, sic habet, ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἱδρῶτα θεάσῃ θερμὰ, ἀτμῷ συμμιγῆ, quam lectionem sequuntur interpretes. Cornarius: In hoc autem corpore etiam sudorem conspicies calidum, uapore permixtum. Montanus itidem τὸ θερμὸν adijcit sudori. Confirmat supra hæc omnia sententiam nostram, & lectionem uerã ab Andernaci iniuria uendicat Paulus ipse nõ multo post, dum docet quando ab exercitio desistendum sit. ἐὰν γὰρ ἐλάττων ἢ ψυχρότερος γίγνηται, καταπαύειν περιέχοντα τὸ ἔλαιον. ubi paucior aut frigidior, inquit, prodire cœperit sudor, desinendum est. Sic Aëtius loco citato. καὶ εἰ περὶ τὸν ἱδρῶτα φαίνοιτό τις ἢ κατὰ πλῆθος ἢ κατὰ ποιότητα μεταβολή. ἐὰν γὰρ ἐλαττῶν τε ἢ ψυχρότερος γίγνηται, καταπαύειν δεῖ, lectionem hanc rursus sequuntur interpretes. Cornarius: Cessandum itidem est, si circa sudorem mutatio aliqua apparuerit iuxta multitudinem siue qualitatem. si enim paucior aut frigidior prodeat, euestigio desinendum est. Sed cur aduersus hominis istius imperitiam ita diu occupemur, cum ex his abunde constet, nec mutãdam esse scripturam ueterem, nec hunc Pauli locum, in postrema æditione recte ab isto cõuersum esse, sic enim uertit. Inter hæc sudorem cum calido uapore mixtum cernes. Cum ita deberet. Inter hæc sudorem calidum, uapore mixtum cernes. Sic ille nulla bona philosophia instructus, nulla ratione adiutus, ueluti sus in luto sese, ita authorũ libros uolutãs, pro libidine tantum sua quicquid primum occurrerit, & quod ad calumniam cæterorum ei maxime facere uidetur, temerè pronunciat, & sibijpsi triumphos decernit, & eorum falsa trophæa librorum marginibus appingit, exemplo hactenus à nemine doctorum hominum usurpato. Et tales philosophiam hominibus per contumeliam obiectare audent, ipsi uerborũ & sententiarum quæ ex philosophia discuntur, nimium rudes & imperiti.

Andernaci error nouus

& uers. 34. καὶ αἱ κινήσεις ἄτονοί τε καὶ ὁμαλαὶ καὶ εὔρυθμοι γίνονται, lectio primæ æditionis est. Oroscius è codice suo sic emendat. καὶ αἱ κινήσεις ἕτοιμοί τε καὶ ὁμαλαὶ καὶ εὔρυθμοι γίνονται, adstipulante Galeno lib.2. ὑγιεινῶν. Oribasio lib.1.cap.3. Noster codex lectionem primæ æditionis sequebatur, præterquam quod haberet εὔτονοι pro ἄτονοι. Et apud Aëtium quoq; εὔτονοι legitur, καὶ αἱ κινήσεις ἕτοιμοί τε ὁμαλῶς καὶ εὔτονοι γίνονται. Motusq; expediti & æquales & ualidi existunt. Hoc loco rursus Andernacus, ex aliena uictoria triumphum ambit, horum enim locorũ emendationibus ex Oroscio furtim in sua cõmentaria translatis, Gemusæum carpere aggreditur, tãquam ego offingere debuissem, quæ suo exemplari debet Oroscius, in meis defuere. Quod si forte talionem mihi reddere sic constituerit, non aduersus ipsum pridem ita agebam, neque enim carpebam passim quæ omisisset, quamuis eodem exemplari uteretur, sed locos indicabã necessario quos emẽdare uolens corrumpebat, id est ex bonis malos faciebat. Putabã autem officij mei esse, admonere lectorem, ne quis putaret neglectũ à me fuisse quod ab aliquo recte annotatum prius et inuentum uideretur. nesciebam enim talem esse socium qualem sese prodidit nuper.

pag.244. uers.2.

Andernacus dissimulat

Pag.7.13. ἐν ταῖς ἀναφωνήσεσιν ἡ μετ' εὐμελείας χρηστοφωνία, οὐδὲν ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὑγίειαν. Aëtius libro 3, cap.5. ita habet. ἐν δὲ ταῖς

Andernacus negligens hic fuisse uidetur

τοῖς ἀναφωνήσεσιν ἡ εὐμέλεια ἢ ἡ εὐφωνία, καὶ χρυσοφωνία, οὐδὲν ἂν συμβάλλοιτο πρὸς ὑγίειαν. In ipsa autem uociferatione concinnitas & uocis bonitas aut iucunditas nihil contulerit ad sanitatem. Quo loco oblitus sui uidetur Andernacus, quod nihil huc apposuerit, aut καὶ, ut sit, εὐμέλεια καὶ χρυσοφωνία, aut aliud quippiam, poterat enim aliquid hic gignere, & fuisset rursus admirationi nobis, uidebis autem permultas tales ipsius emendationes deinceps, uix enim aliud praestitit ille. & uer. 32. ubi uetus aeditio habuit τήκεσθαι δυνοῦσι, legendum est τέμνεσθαι, id quod pridem à Cornario quoq; animaduersum, & prioribus annotationibus nostris adiectum, Andernacus per mendacium impudenter suis commentarijs adscripsit, neminem aduertisse, nec Orosium nec Gemusaeum: Quod si fecisset per imprudentiam, erat dissimulandū: cum aūt talibus mendacijs studeat passim, praetereundū non fuit. Sed iste uulnerū quae ab Orosio accepit, statim obliuiscitur, quae si quis recensere pergat, infinitū agat. & uer. 40. δι' ἐλαίου τε ἀλυθροῦς, prior lectio est. restituit Orosius, γλυκέος τε καὶ ἀλυθροῦς, admonens desumpta esse haec è Galeno ὑγιεινῶν tertio, uerbis ijsdem, adstipulante quoque Oribasio libro quinto, capite decimoquinto. Caeterum priorem lectionem mutilam esse, argumento est, uocula τε. Hoc loco Andernacus occupatus disputationibus, quas multū subtiliter peragere solet (habet enim nouas formulas syllogismorum, quas Dialectici pridem ignorabant) oblitus est instituti sui, ut nostrum laborem suggillaret. Item non multo post, uersu 46. ubi uetus est lectio, οὕτως δὲ καὶ ἡσυχία πολλὴ καὶ μάλιστα συνεχής. Legendum est, inquit Orosius, ex uetusto exemplari, καὶ ἀλείμματα συνεχῆ, id est pari modo multa quies, & unctio assidua. Confirmat eam lectionem Galenus tertio de sanitate tuenda, de curatione lassitudinis phlegmonosae: οὕτω δὲ καὶ ἡσυχία πολλὴ καὶ ἀλείμματα συνεχῆ. Sunt & eadem uerba Oribasij libro quinto, capite decimoquinto. Sic Orosius. Thessalus autem Andernacensis mirabiliter sese gerit hic, ubi enim locum ex Orosij annotatis emendasset, presso tamen ipsius nomine, sciens uidelicet quod exemplaria eius in paucorū manibus haberentur. (Sic autem lubenter solet, nisi ubi suggillat eum, tum enim non semel, nec uno nomine solo ipsum appellasse contentus est.) Mox cum magna grauitate accusat me. Hoc omiseras, inquiens, Gemusaee, qui mauis curta omnia & mutila aliquando in Paulo legi, q̃ dictione una et altera ex Galeno, unde haec trāsscripsit, sententiae authoris adiuncta, utrum maius sit peccatum, alij uiderint. ὡς φάθ' ὑπόδρα ἰδών. Sed audi tu uicissim me Andernace. Ineptus esse uideris, dum ista commentaris. Longe diuersa ab hac est emendandi ratio, quam nos reprehendebamus. Nam hic locus authoris, suspicionē corruptelae secum adferebat illico, & emendationem eius suppeditabat ueteris exemplaris lectio, cui lectioni adstipulabatur Galenus, & consentiebat Oribasius. Haec enim uniuersa testimonia adduxit Orosius. Quis igitur non esse recipienda existimabit? Quale autem est emendandi genus id, in quo à te dissentiebam ego, quod in te reprehendebam? Eiusmodi est lector. Ausus est iste quandoq; locos Pauli non malos, tamen immutare, ut etiamnum facit. alios integros sauciare, ob id solum quia non intelligeret, lectionem mutari praecipiens, qualis est locus lib. 2. ca. 25. & lib. 7. cap. 18. Alios quia scribētis prudentiam ignorabat, quibusdam adiectis, aut ademptis, faciebat deteriores, qualis est locus lib. 2. capite decimooctauo, & lib. 3. cap. 45. & item alius capite uigesimo tertio, & libro quarto, capite uigesimo octauo alius. & rursus alius libro 6. ca. 112. & alibi passim. Quosdam per imprudentiā è mendose scriptis exemplaribus corrumpebat, temere mutans ueterem lectionem, non inspectis prius caeterorum authorum libris. Qualis locus est, libro secundo, cap. 34. Sic iste carnificinam uerius ueterum authorum, aut sutrinam cōstituens quàm officinam artis, quicquid in mentē illi ueniebat, quaecunq; collibuisset illi, in ipsorum libros referebat, nullius hominis authoritate aut cōsilio usus. Quis enim illi ad emendanda ea author esse uoluisset, quae aut integra essent, & emendatione non indigerent, aut omnino aliam emendationem postularent, fide exemplariū probatam, ueterum testimonijs confirmatam, et omninō ab instituto authoris non alienā. In his itaq; ab isto dissentiebam pridem ego, et etiamnū dissentio. Puto enim locum qui sit integer, quod inde cōstat, si sententiā habeat integram & uerā, non esse mutandū, & minus adhuc absq; fide scripturae ueteris, minimè uero omnium ab eo qui non intelligat. Testimonia uero quae ex alijs authoribus adferuntur, si sola sint, tum demū sufficere posse existimo, dū locus necessario urgeat, uelut si manifestè corruptus sit. Et adhuc tamē periculū esse, ne dictionē autoris quis laceret, etiā si sententiā rectè aliunde trāsferat. Quod si citra ueniā quoq; id faciat, tum incōmodum adferat maximum, nam ijs qui sequentur, et exemplaria fortè nanciscentur meliora, ueram lectionē restituendi occasionem praecidet. Quae sanè rationes, dictionem Plinianam nobis tam foedè ac uarie corrupe-

Andernacus hic uerus nō est

Andernacus in mutanda uete rū scriptura plus q̃ oportet temerarius

re pridem. Horũ iste nihil in ijs obseruauerat quæ improbaueram. Et admonitus tamen, in plerisq; sententiã suam mutare uisus est. In aliquibus nõ minus imperitè q̃ pertinaciter etiamnum contendit, & potius artẽ prodere, quàm non gloriose triumphare pergit. Et adhuc dubium est, uter magis peccet? aut uter peccet omnino? Ego sanè si existimaßem talem sociũ eße, nunq̃ eius mentionẽ facere mihi collibuißet. uer. 49. εὐθὺς γ̓ ἅπαντες οἱ κενωπωμένοι δέονται τροφῆς, legit Oroscius è uetere codice, εὐχύμου δὲ ἅπαντες. Omnes aũt defeßi, boni succi indigent alimẽto. Adstipulatur lectioni Gal. 3. ὑγιεινῶν, quo loco hæc ijsdẽ omnino uerbis habẽtur. Et Oribasius lib. 5. ca. 15. Hic rursus Andernacus, panegyrim suã canit, sed quis uicit? Oroscius, à quo accepto alto uulnere, nos mordere cœpit. Sic canes petiti, non ferientem mordent, sed in lapidem ruunt, quia propior est.

XXII Pag. 8. uers. 16. ἐπὶ λόγον. Oroscius legit, κατ᾽ ὀλίγον, i. paulatim: è Galen. 4. ὑγιεινῶν, de cura laßitudinis ulcerosæ. Confirmante idipsũ

XXIII Orib. lib. 5. cap. 17. Item uers. 40. ἅμα τοῖς θερμαίνουσι, putat Andernacus hæc expungenda esse, citans locum Galeni de tuenda sanitate, et tamen nusquam illic scriptum est, hic aliquid esse tollendum. Quod ad lectionem hoc nihil faciat, est cuiuis manifestum, an uero alia fortasse lectio uera in hanc corrupta sit, id est obscurum & non improbabile, quando exemplaria hic consentiunt, quare locus asterisco potius notandus uidetur, ne occasionem lectori adimamus emendandi, si quis in codicem incidat meliorem. Videtur Andernacus esse ex eo genere hominũ, quibus quicquid in mentem uenerit, sequuntur statim. Aristoteles, τοὺς μικρὸν βλέποντας, tales uocat, καὶ ἀπὸ τῶν μικρῶν περὶ τῶν ὅλων παρορωμένους λέγειν. nisi iste studio fortè calumniæ peccet ita. nam suspicionem mihi hãc uehementer cõfirmat id, quod sequitur. uers. 49. μηδενὸς συμπτώματος αἰσθανομένοις ἐπὶ τὸ δέξιον ὑποχόνδριον. Ex hoc loco Andernacus Galeni locum restituere aggreditur, è libello περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας, ubi falso legitur, διά τε τοῦ δέρματος, pro διά τε τοῦ ἥπατος, non improbo. Sed quod subiungit, id in codice nuper impresso Gemusæũ præterijsse, hoc refello. est enim mendaciũ & omnino impudentißimum. Nam mihi cõmissa non fuerat eius libri castigatio: testatur id præfatio Ioachimi Camerarij in tomum quartũ, palàm ædita, tamen non affirmo in meis omnia fuisse restituta, feci quod poteram. Constituerant typographi magnis impensis, æditionem operum Galeni nihilo inferiorem quàm esset prior, & quibus in locis possent etiam

Andernacus

Neq; hic uerus est Andernacus

meliorem, sed minore precio studiosis cõparandã, & cum ex Anglia ad id primum nacti fuißent nõ paucorum librorum annotationes, è Linacri exemplaribus scriptis decerptas, præfecerunt homines studiosos qui partitis laboribus eas cognoscerent, & Græci codicis lectionem inde castigarent, uocarunt tum me quoq; illi, & inseruiui, si uel decem locos uel uiginti, in meo penso restitui, uideor mihi gratiam aliquam saltem, calumniam prorsus nullam cõmeruisse. Sed iste in alijs quoq; locis, συκοφαντεῖν, & calumnijs mendacia miscere pergit. Ingeniũ ad impudentiã et arrogantiã factũ planè.

Pag. 9. uer. 13. ἐπειδὴ δὲ δεῖ καὶ τῆς ἕξεως ἀμῦναι. Sic restituit hunc locũ Oroscius è codice antiquo, cõfirmante idipsum Oribasio lib. 5. ca. 22. XXVI
Prior lectio omnino erat uitiosa, sic enim, ἐπειδὴ δέδεικται τῆς ἕξεως ἀμῦναι. Quare ob Oroscio recte emendatum, sed ab Andernaco nõ recte post hũc annotatũ, prætermisit enim, καὶ. & uer. 32 XXIX
uetus lectio habebat, καὶ μέλι ἑφθὸν τὸ σκληρὸν ἀγαγεῖν, quæ cum uideretur uitiosa prorsus, ita emendaueram è codice: τὸ σκληρὸν ἄγαν, quod hanc sententiam habebat, non mel omne, sed excoctum ad magnam duritiem. Et hanc sententiã confirmabat quod sequitur, καὶ φοίνικας ὅσοι δύσπεπτοι. Verum Oroscius è codice suo aliter legit. sic enim, διὰ τὸ σκληρὸν ἄγαν εἶναι. id est mel coctũ, quoniam durum sit admodũ, quæ magis καθόλου præceptio est. Confirmat aũt hoc ex Oribasio lib. 5. ca. 35. Huic loco Andernacus, supra quàm quod arroganter illũ annotauit, & nomen Oroscij subticuit, mendam quoq; nouam inducit, ut sit opus ipsius annotationibus alijs rursus annotationibus.

& uer. 37. εἰς αὐτὸ καταβαφείς. lectio est codicis. prior æditio habet καταβαρύντα. si quis coniecturam inde sumptam sequi malit, legendum fuerit καταβαφθὲν, ut mox τὸ περιπλεχθέν. sententia ubiq; eadem. & 49. hic perperã impreßerãt ἐναιτίος pro ἐναντίως, ponẽtes αι pro αν, qui error in officinis admodũ est promptus, quod tamen non puduit Andernacum per calumniã annotare, simulat enim me locũ studio mutasse, à quo me plurimum abesse, probe nouit ille. exemplar è quo isthæc impressa sunt, penes me asseruatur, possum eum calumniæ hoc loco conuincere. Non dico tamẽ nullas inesse mẽdas libro, id tantũ dico, ex hoc loco colligi q̃d ipse instituerit, συκοφαντεῖν. XXX

Andernaci calumnia

Pag. 10. uers. 22. ubi prior lectio habebat, δι᾽ οἴνου πόσεως καὶ γλυκέος γιγνόμενοι, docet Oros. expũgendũ καὶ, ut sit uertendũ, uomitus ex uini dulcis potu excitatus. adfert fidem exẽplaris scripti, cõfirmante lectionẽ eandẽ Gal. lib. ὑγιεινῶν 6. συμφέρουσι δὲ καὶ οἱ πρὸ τροφῆς ἐμετοι XXXIIII

τοι δὲ οἶνος πόσι@ γλυκὺς γινόμενοι. & XXXV uers.48. καὶ ψύξεις αἱ ἐπιγιγνόμεναι, sic habet Aldina quoque æditio, non enim mutaui, quia erat integra, & codex astipulabatur. fuit alia quoq; lectio codicis, quam marginibus apposui, quod sententiam nõnihil haberet à priore diuersam. Id rursus Andernaco ad calumniã idoneum esse, nescio quo pacto uisum sit, sic enim scribit hic. Nescio cur Gemusæus mutarit priorem lectionem, At nihil prorsus mutauit Gemusæus, quare miratur, quid tibi in mentem hic uenerit, ut mẽdacium rursus tuis commentarijs assueres. [Neq; hic uerus est Andernacus] & uersu ultimo, ἢ τῆς ἄγνου. huic lectioni codicum omnium aduersatur ratio, quam Copus sequi uisus est, dum uertit ἀνίσου. Codex quo usus est, apud nos habebatur dum hæc scriberem.

XXXVIII Pag.11.uer.20. ἄλλων τε καὶ τοῦ τῆς θριδακίνης χυλοῦ. Sic è uetere exemplari emendauit Oroscius, pro ἀλῶν, ut sit sententia, In eis qui copiosum habent semen uehemẽterq; calidum, post balneum unctione quapiã frigida lumbos esse illinendos, oleis s. omphacino rosaceo melino, quibus succus aliquis refrigerãs misceatur, semperuiui s. aut solatri, aut umbilici Veneris, aut psilij, quæ quidem omnia æstate proueniunt. alijs uero temporibus aliarum rerum succos admiscendos esse, lactucæ uidelicet, aut decocti seminis lini, ut prior lectio, agni ue ut codex habet. Cõfirmat aũt emendationem hanc Galenus 6. ὑγιεινῶν, τῶν δὲ ἄλλων πολλοὶ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ὥρας εἰσίν, ὥσπερ καὶ ὁ τῆς θριδακίνης. & uersu 23. καὶ σπέρμα τοῦ λίνου. Andernacus hunc locum adnotans, contendit legendum esse ἄγνου, non λίνου, aduersus hoc ego nihil dicam, sed istud refellã, quod non puduit eum affingere, id à me pridẽ fuisse præteritum, quum notata fuerit è codice, et marginibus apposita hæc lectio, ut licet uidere in omnibus exemplaribus à nobis æditis. Inspiciat propriũ codicem iste, reperiet hoc. Quod autem id fecerim potius quàm ut priorem lectionẽ mutarim, in causa est, quod hæc quoq; sana uideretur lectio, nihil habens superuacui. Suprà enim docuerat Paulus, qualiter topicis quæ foris imponenda sunt, miscendum sit λινόσπερμον, hic ostendit quod etiã comesse utile sit, & consequenter uario modo administratũ iuuet, ut nostri aiunt. Quare non necessarium fuit locum mutare, tamen uariam codicis lectionem annotare fuit operæpreciũ, quod & factum à me hic est, et minime prætermissum, ut mirum sit istum, tanta impudentia commentaria sua mendacijs passim ornare. [Et hic uerus non est Andernacus]

XXXIX uers.28. μετὰ οἴνου γλυκέος εὐώδους παλαιοῦ. sic habent exemplaria. Oroscius putat legendum μετὰ οἴνου λευκοῦ. sensu cõcinniore, & ex Oribasio lib.5.cap.36. è quo loco hæc sint translata. Non uideo cur sit necesse, ueterem scripturam mutare. [Oroscius]

& uer.33 pro κατὰ λόγον legendum esse κατ᾽ ὀλίγον, idem rectè annotauit, è uetere exemplari, confirmante idipsum Oribasio lib.5.cap.37. XL

uer.38. legit, χαίροντι δ᾽ ὡδὶ τούτοις, sublato μὴ, id è uetere suo exemplari, & Oribasij testimonio confirmans, lib. eius 5. cap.38. uidetur istud μὴ, ex ᾶ primo corruptũ fuisse. XLI

& uer.51. καὶ τὰ πιόνα τῶν κρεῶν. putãt mutandam hanc lectionẽ sic, καὶ τὰ πλείονα τῶν κρεῶν, & nõ uidetur necessarium id esse, neq; enim subest ratio, cum sententia & sit integra & uera, & medicis id usurpetur hodie. Sed & exemplaris ueteris fidem nullam habent, & nihil magis hic locus falsus fortè est, quàm sit scriptura Oribasij quam allegant. XLII [Hic quærit Andernac⁹ quod emendet]

Pag.12.uer.6 ἐμετικὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ἀνιγνύναι καὶ διαλείπειν ἐν τοῖς ἐμέτοις. Enumerat hic Paulus inter cæteras causas facilem reddẽtes uomitũ, ipsam assuetudinem, si quis s. & assuetus sit certis temporibus uomere, & eam assuetudinem non nimis diu intermittat, & est sententia integra & uera. Andernacus hic ridicule sollicitus est, metuens ne intelligamus ἀεὶ ἀπόθεσιν τινα, seu uomitum perpetuũ ac continentem, sed quis sanæ mentis ita sit insipidus ut hoc cogitet? tamen ille adeò uehementer istud imaginatur, ut omnino putet addi oportere ex Oribasio Græco, ἄχρις οὗ ἅπαντα λιποῦντα ἐκβάλῃ. [Hic Andernacus nimium sollicitus est, rursum quærẽs quod emendet] Videtur aũt à Pauli instituto alienum hoc esse, qui non tradere studeat q̃ diu sit uomendum, sed quo pacto facilis fiat uomitus, & quid hoc ad facilitatem comparãdam facit? sed & si ad particulares uomitiones id referatur, non tamen ita imperfecta erit sententia, ut præter ueterum scripturarum omnium fidem, ex alienis autoribus rursus noua oratio assuatur, maxime uero si quis cogitet hunc non eße discendæ artis librum, sed eorum quæ quis pridem didicerit memoriã. Sic enim scribit Paulus, ἄτοπον γὰρ οὐδὲ τὰς ῥήτορας τοῖς συντόμοις τε καὶ συνεκδήμοις ὑπ᾽ αὐτῶν ὀνομαζομένοις χρῆσθαι διηνεκῶς συντάγμασιν, ἐν οἷς ἁπάντων ἐμφέρεται τῶν νόμων τὰ κεφάλαια πρὸς τὸ τῆς χρείας ἕτοιμον, ἡμᾶς δὲ τὰ τῶν κατημελεῖν. & uers.50. lege ἢ σίσαρον, ὀρίγανον ἢ ὕσσωπον ἐναφεψημένον ἔχον. XLVI

Pag.13.3. σύμπωνα μετὰ τοῦ τεύτλου χυλοῦ χρῖε τὰ κατὰ τὸν οὐρανίσκον καὶ τὸν κιόνα. καλῶς ποιεῖ. Sic enim legendum eße docuit codex, in quo habetur σύμπωνα pro σίναπι. id ut diligentius aduerterẽ primũ, fecit occasionẽ Copus mihi,

& Ianus

749

et Ianus Cornarius, interpres ille artis Pæoniæ felicissimus, nõ inscitè coniectabat id ita habere, adferens locum Galeni, è quo hæc ad uerbum petuntur, præter postremum quod à Paulo adparet fuisse adiectum, approbante pharmacũ tanquam certum ac tutum, habetur lib. 3. τῶν κατὰ τόπους cap. περὶ πταρμικῶν. Sic pridem annotaueram, & non dubito quin Andernacũ hic fecerim prudentiorem, conuerterat enim antea, sinapi apponendum esse pharmaco, non saponem. nunc contra facit, & tamen nihil hic ille. putat fortè satis magnam gratiam retulisse se, quia me non suggillet.

Hic dissimulat Andernacus

XLVII & uers. 13. ἢ σκόροδον λεῖον περιλεβεσμένον, facile cuiuis fuisset sic mutare scripturam, ut faciunt hic, corrigentes obliquum in rectum, ut sit lectio, ἢ σκόροδον λεῖον περιλεβεσμένον. fecissent operæprecium illi, si ostendissent sic potius legendum esse, quàm σκόροδον χυλὸς, quod mox præcessit, aut utcunq; aliter. Admonere talium, recte habet, sed mutare subito scripturam pro arbitrio

XLVIII tantum, id fortè non recte. uers. 16. ἐμπασσομένα legendum uidetur, sublato λ. quod & facile est animaduertere, & satis certo constat hic, nam additur ὁμοίως, cum paulo ante præcessisset ἐμπασσόμενα. Hic uero triumphant illi, sed exigua est uictoria, debetur enim ijs qui pridẽ sentes amouere, ut cæteris facilius fuerit, tramitem inuenire. Quamuis iniuriã hic mihi Andernacus faciat, dum ait in aliorum erratis me nimium occupatum, si enim per errata intelligit, quæ ipse non uiderit, aut cognouerit, intellexerit ue, id nunquam feci. Sin locos quos corruperat, & integros sauciauerat, fateor me id fecisse, sed necessario, ne

L cui ille scilicet imponeret. & uer. 35. pro μοχθηρὰ νομιστέον, existimarunt aliqui legendũ ἡμιμοχθηρὰ, id est, semiuiciosa, ita enim habetur a-

pag. 228. uer. 38 pud Galenum libro ὑγιεινῶν primo. Sic eam appellat, quia scilicet aliquot etiam bonæ aquæ notas habeat, pura enim lympidaq; est, nec potu insuauis, culpanda tamen quatenus circa hypochondria hæret. Annotauit hoc Leonardus Fuchsius, in eundem librum, diuinatores autem nostri istud præterierunt. & uers. 40. τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς διὰ πόρου τινὸς καὶ γῆς ἠθούμενα. Hunc quoque locum annotauit Fuchsius, admonens subiungendum esse καθαρᾶς. & minimè improbabilis apparet emendatio, quando locus palàm mutilus esse uidetur. Galenus ὑγιεινῶν 2. ὡς ὕδωρ

Andernacus

pag. 228. uers. 42 γε πρός τε τὰς ἀνατολὰς ἐρρωγασιν αἱ πηγαὶ, καὶ διὰ πόρου τινὸς ἢ γῆς διηθεῖται καθαρᾶς, θερμαίνεταί τε καὶ ψύχεται τάχιστα.

LI Pag. 14. 17. καὶ πρεσβύτῃ καὶ ἰδιώτῃ, id est ἰδιοπραγμοῦντι, & uidebitur fortè cuipiam huic opponi debere, τὸ καὶ ὅλως ἐμπεριστατικῷ βίῳ ὄντι, aut aliud tale. In codicibus tamen nihil additur. & uers. 36. ὁ οἶνον πίνειν πλέονα. Prior æditio habet ὁ οἴνων πίνειν τὰ πλέονα, quam si quis sequatur, audiat oportet istud, τὰ πλέονα pro ἀκρατέστατα. nostra, codicis est. Cæterum notandũ quod dicit οἶνον, non πότον πλείονα, ut intelligamus hyeme plurimum uini bibendum esse, aquæ minimũ: alioqui potus parcior tũc sit oportet, ut libro de salubri diæta mox initio. Opponitur itaq; nostra lectio huic, τοῦ ποτῷ ὑδαρεῖ, quod apud Hippocratem sequebatur eodem libro. LIII

Pag. 15. uers. 5. καὶ τὶ βραχὺ λουεῖσθαι πρότερον. Andernacus ille, in mutandis authorũ scriptis plusquam par sit temerarius, putabat antea legendum esse ἐγχυοῦσθαι, ut scilicet à balneo medicamentum propinaretur homini, nouo quodã medendi genere: sequebatur autem, ut aiebat, quendam Oribasium non admodũ recte scriptum. Adnotaueramus hunc locum antea quoq;, admonentes ei lectioni exemplarium fidem refragari. Nũc itaq; pœnituit hominem peregrinæ eius lectionis, ut apparet, legit enim κινεῖσθαι, id est dimoueri. Sic ille fas esse putat sibi fingere ac refingere quæcunq; uult, & quoties lubet. uers. 46. lege διάκειται ἡ θερμοτέρα καὶ ξηροτέρα κρᾶσις. Sic exemplar antiquum Oroscij habebat, ut admonet ipse. Confirmat Galenus lib. θεραπευτικῶν 14. διάκειται δὲ ἐν τοῖς περὶ κεφαλὴν ἡ θερμοτέρα τε καὶ ξηροτέρα κρᾶσις ἰσχυρὸν ἐργαζομένη τὸ σῶμα. Et Oribasius lib. 5. ca. 40. eandem lectionem habet. Hæc omnia docuit Oroscius, ignorauerat ante ipsum Andernacus, & rursus tamen hic triumphos agit, quum nullam uictoriam pararit, est enim Oroscij uictoria hæc. Operæprecium faceres Andernace, si paulisper deposita triumphandi ambitione, disceres hinc, qua prudentia tractanda sint ueterum monumenta. Nam hic locus, cum sit mancus, non tamen nisi fide dignis testibus adhibitis emendatur, primum autem omniũ præcessit ueteris codicis autoritas. Idipsum si tu quoq; aut pridem fecisses, aut etiamnũ faciundum esse cogitares, nec maledicentiam dudum audisses ullam, & admirationi nobis omnibus esses; & nouos subinde errores non ita committeres. LIIII LVII

Andernacus — *Ex aliena uictoria triumphat Andernacus*

& 48. καὶ τῆς ψυχῆς αἱ φροντίδες ἀναφλέγουσι τὴν τε κρᾶσιν ξηροτέραν. addendum putat Oroscius hic, καὶ θερμοτέραν, tum è Galeno, tum ex Oribasio, è locis prædictis.

Oroscius

Pag. 16. 18. Hic rectam sequuti uidentur mihi

emendandi rationem, est enim locus saucius. Quare necessario restituẽdus, uidetur autem posse corrigi è sexto ὑγιεινῶν unde sumptus est, hoc pacto. ἐκπέπτει τρίψις σκληρὰ μὴ πολλὴ πιλοῦντες τὸ δέρμα, πυκνὸν καὶ σκληρὸν ἐργάζεσθαι.
LXI ἔσθαι. & uersu 36. τουτέστι ὀδόντας φύσει θᾶττον καὶ αὐξηθήσεται, apponentibus τὸ, ex arte medicinali Galeni, unde hæc desumpta sunt.
Oroscius & uers. 48. ante ὥσπερ appone punctum, ne quis putet referendũ ad uerba quæ præcedunt, καὶ ταύτης ἀχώριστός ἐστιν ἡ μαλακότης, tanquam sit sensus, quemadmodum mollities separari nequit ab humida temperatura, ita neq; craßitudinem posse, quod dogma aperte falsum est. Referendum est igitur ad ea quæ de signis siccæ temperaturæ sunt dicta. ἡ μὲν οὖν σκληρότης ἀχώριστός ἐστιν τελέως τῆς ξηρᾶς κράσεως, ἡ δὲ ἰσχνότης οὐ μόνον ἕπεται ταῖς συμφύτοις κράσεσιν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐπικτήτοις ἐξ ἔθους μακροῦ γινομέναις. i. Durities inseparabilis omnino est à sicca tẽperatura: gracilitas autem non solum complantatas sequitur temperaturas, sed asciticias etiam, quæ ex longa consuetudine fiunt. quemadmodum igitur durities non est separabilis à sicca tẽperatura, ita mollities ab humida. Et quemadmodũ ab illa separari potest gracilitas (quoniam acquisitam ex consuetudine temperaturam sequi potest) ita & craßitudo ab hac. Id annotãdum duxi, quia Andernacus hoc loco unum ex trecentis & quinq; erratis in Paulum commiserat, quæ in eum annotauit Oroscius, nam superiori coniungens hoc, apertè falsi dogmatis authorem Paulum faciebat.

Pag. 17. uers. 11. καὶ μὲν δὴ ἄπτομένοις, οὐκ ὀλίγῳ θερμότεροι. Videtur hic Oroscio ex supradictis & sequentibus argumentum ducenti, altera diuisionis pars desiderari, si s. plus humiditatis sit in temperatura calida & humida, quàm caliditatis. quare addendum censet ex Galeno 2. artis medicinalis, unde sumpta hæc ad uerbum sunt: μέλαιναι δὲ αὐτοῖς αἱ τρίχες, καὶ ἡ σὰρξ ἀπίμελος. εἰ δὲ ὀλίγῳ μὲν εἴη θερμοτέρα, παμπόλλῳ δὲ ὑγροτέρα, μαλακὴ τούτοις ἐστὶν ἡ σὰρξ καὶ πολλὴ, καὶ τὸ χρῶμα συμμιγὲς ἐξ ἐρυθροῦ καὶ λευκοῦ, καὶ ψαυόντων ὀλίγῳ θερμότεροι. Hoc Andernacus in suis commentarijs adscribit Oroscio, tanquam cætera non sint eius. Cum pleraq; omnia ex illius annotationibus in sua commentaria corraserit diligẽter. Sed & quorũ emendationem ipse de suo attulisse uidetur, ea quoq; aliunde profecta sunt, quatenus prudẽtiam & industriam quã apud hunc primũ uidit, imitari studens, locos Galeni paßim quæsuit, ut docuit ille, è qbus emendationes omnes adfert, quasdã rectè, plerasq; ineptè, uelut solent qui hexachordum nuper tractare cœperũt, nã sæpe aberrãt in ijs quæ à magistris didicere. Sic apparet hunc quoq; νεοδίδακτον εἶναι, et cæterorum industriã in emendãdo sedulo æmulari, sed artem nondum tenere, profiteri tamen audet se magistrum artis esse. uers. 14. τὰ δὲ τῶν τριχῶν καὶ τὸ χροιᾶς, legit Oroscius apposito καὶ, ex secundo artis medicinalis. & uersu 22. legendum è codice nostro, τοῖς δὲ ἀπ' αὐτῆς πεφυκόσι. Et, ut putat Oroscius, addendum è Galeno unde ad uerbum hæc sint descripta. ἐν κρατεραύχη τε ἐστὶν καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοις ut sequatur, ἄριστα διάκειται.

Pag. 18. uer. 17. legit Oroscius ex Galeno, LXVII χαίρει δὲ τοῖς θερμοῖς ἐδέσμασί τε καὶ πόμασι. non πολλοῖς. Andernacus malignè hic obijcit mihi, quod nõ è codicibus quos iactitẽ, locum hunc restituerim, cur nõ è suo restituit Oroscius? cur non pridem è Galeno Andernacus? cum officium interpretis peculiare sit, authorem quem suscipit ædendum, quàm emendatißimum reddere, non castigatorẽ, nam is officinis operam suam præstat quantã potest, ex ijs quæ adsunt. tamen in quibusdam locis aliud quoq; præstiti supra debitum, cum sat fuerit codicem communicasse. Discat potius ex loco rursus hoc, quales authorum locos emendari conueniat, nõ enim eos qui uariam lectionem habent tantum, sed qui corruptam, aut truncatam, aut manifestè falsam habent. quod an iste ubiq; obseruet, penes lectorem esto. & uers. LXV 33. οἱ μὲν δὴ οἱ πίνοντες οὐκ αὐτίκα παύονται. Cur hunc locum non annotarit Oroscius, (uidetur enim mãcus) in causa esse puto, quod nõ paßim mutanda sibi duceret quæ in ueteribus Pauli exemplaribus non reperirentur. In capite tamen hîc præsente, occasionem fecit ijs qui hoc solo emendandi genere plurimum gaudent, inueniendi quod adferrent. Hic igitur locus in arte medicinali Galeni, unde traductus fuit, sic habet. οὐ μόνον ἡ κοιλία διψώδεις καὶ ἀδίψους ἐργάζεται, καὶ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ πώματος ὀρεκτικούς, pag. 478. ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ θώρακα καὶ σπλάγχνα, καρ- uers. 30 δία καὶ πνεύμων. ἀλλ' οἵγε διὰ τὴν τούτων θερμότητα διψῶντες, εἰσπνέουσί τε πλέον, ἐμφυσῶσί τε μακρὸν, αἰσθάνονταί τε περὶ τὸν θώρακα τοῦ καύματος, οὐχ ὥσπερ οἱ διὰ τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὑποχόνδρια. Sequitur inde. οἱ μὲν δὴ καὶ πίνοντες. Sic Galenus. è quibus hic locus sarciendus esse uidetur. proinde sunt qui uniuersa ea huc apponere uelint, quia ad uerbũ hæc è Galeno transscripserit Paulus. Iudicium sit pe-

790

nes lectorem. constat autores sæpenumero uariare in ijs etiam quæ aliunde mutuentur, ut hoc ipso in loco quædam aliter habent, uelut quod hic est, καὶ ἧπαρ, illic non habetur, & quod illic sequitur, ὥσπερ δὲ εἰ ἀπνέοντος ψυχρὸν, & hic uariat, si non sententia, at dictione tamen. Hoc non dico Andernace, quod negem hunc locum emendandum esse, sed quòd malim, quod tu in nobis hic desideras, te ipsum præstitisse, id est è ueterib. tuis exemplaribus, si quos habes, uulnus hoc persanasse, quàm aliunde assuere. Quod autem ille, de compendiaria scribendi ratione dictum à nobis, rursus hic mordet, recte nos pronunciasse constat aduersus eorum locorum emendationes, qui cum integri essent & nulla correctione indigerent, ab eo arroganter mutabantur, ueluti ostendam non multo post. & uers. 44. sic distinguantur, ὡς εἶναι τὸ πολὺ δὲ καὶ πᾶν τὸ σῶμα θερμὸν, πλὴν εἰ μὴ μεγάλως ἀντιπρᾶττοι τὸ ἧπαρ. ex arte
pag. 475. medicinali desumptum rursus. & uersu 48.
uers. 51 legendum. ἄτολμοι, καὶ ἀμεληταὶ, καὶ ψιλὸν αὐτοῖς τὸ στέρνον. εἰ δὲ &c. restituit locum Oroscius ex antiquo codice, confirmante idipsum Ga-
pag. 476. leno in arte medicinali. qui locus Galeni emenda-
uers. 8 tus fuit à nobis, nam prius scriptum fuerat μεληταὶ, ut notat quoque Oroscius. Cõfirmat etiam hãc lectionem Oribasius libro quinto, capite 49 καὶ ἄτολμοι εἰσὶ καὶ λήθαργοι καὶ ἀμεληταί. uides lector quàm prudẽter ille castigationes suas communiat, fide exemplariũ, testimonijs ueterum?

LXVII Pag. 19. uersu 16. legit Oroscius αἱ φλέβες σκληρότεραι, pro ξηραὶ. è Galeno uigesi-
LXVIII mo artis medicinalis. & uersu 43. λάσιοι μὲν ἧττον οἱ τοιοῦτοι, rursus è Galeno eodem libro. & 48. pro ἄτονον ἐστὶ καὶ θηλύγονον. legit è suo exemplari Oroscius, ἄγονον, id est infœcundum. cõfirmante hoc ipsum Galeno 2. artis medicinalis.

LXX Pag. 20. uersu 14. αἱ δὲ ὑγραὶ τῇ φύσει.
Temerè rursus hic emẽdat Andernacus Nimium temeraria hic esse uidetur Andernaci sollicitudo, uolentis addere huic dictioni istud, καὶ θέρμαι, nullius exemplaris fide, nec ulla necessitate. Ratio quam adfert, quia scilicet cálida & humida putrefactioni sunt obnoxia maxime, nihil hic urget. Huius rationis meminisse te decebat Andernace, cum meditabaris mirabilem illam putrefactionem pituitæ uitreæ, febrem hepialam
lib. 2. ca. 25. efficientis. Hic non conuincit ista ratio, locum esse truncatum, nam è superioribus magis repetendum est τὸ, θέρμαι, non in ipsam dictionem referendum. Rem sic accipe lector. Proposuit author initio capitis emendationem calidarum temperaturarum, quæ cũ in triplici sint differentia, aut enim in reliquis qualitatibus mediocriter habent, sola excedentes caliditate, aut sicciores quoq; sunt aut humidiores. Primum agit de simplici excessu, postea de reliquis: de ea quæ siccitatem iunctam caliditati habet, ubi ait, οἱ δὲ μετὰ ξηρότητος. de ea quæ humidior quoque est, hoc in loco. & sat habuit solas differentias quibusq; locis apponere. Simile est quod capite sequente fit. τῶν δὲ ψυχρῶν δυσκρασιῶν, τρεῖς εἰσὶ διαφοραὶ, ὧν χειρίστη μὲν ἐστὶ ξηρὰ κρᾶσις. mirum est quod hic quoque non annexuit, καὶ ψυχρὰ, Andernacus noster. Sic illo quoque in loco, οἱ δὲ μετὰ ξηρότητος, repetendum est ex initio capitis, θερμοὶ τὴν κρᾶσιν, non apponendum in dictionem, nisi quis glossam forte ordinariam scribere uelit, quemadmodum is facere uidetur. Cæterum si quis ueterem scripturam attulerit, iure cedemus. Videtur autẽ ille magis hæc assuisse, ut plura post alios deprehendisse uideatur, quàm aliam ob causam ullam. Eiusdem generis est quod mox sequitur. καὶ τῶν ἀρρένων δὲ πλεονεκτεῖν χρὴ διαίτῃ λουτρῶν καὶ γυμνασίων πολλῶν, καὶ τῶν τροφῆς ἐκκειστέων τε. etc. hic enim Andernacus post Andernacũ nõ uerinusquã pudet, ecce. n. rursus aliud mẽdacium
quam subtiliter disputasset aduersus Oroscium, et largiter triumphasset, impudens mendacium tandem apposuit, ita scribens, hoc non aduertit Gemusæus. Quid enim aduertissem, cum locus hic lectionem habeat integram? nisi forte uelit non animaduersum à me fuisse Galeni locũ, atqui demandatum mihi id non fuisse, testatur præfatio Camerarij. Sed hoc animaduersum à nobis omnibus nõ fuit, futurum esse ut Andernacus tam mendacibus calumnijs sua scripta passim ornaret. & uersu LXXI
29. ὀνίνησί τε αὐτὸν, ἀλουσία τε καὶ γυμνάσια πλείονα καὶ λεπτότερα. ostendit Oroscius eadem esse apud Oribasium libro quinto, cap. 52. & apud Galenum sexto ὑγιεινῶν. ὀνίνησί τε pag. 279.
ταύτας ἀλουσία τε καὶ γυμνάσια καὶ δίαι- uers. ultimo
τα λεπτότερα, καὶ χρίσματα μετρίως θερμότερα. Qui locus Galeni statim suspicionem adfert legenti, hic perperam esse scriptum γυμνάσια λεπτότερα, & omissam fuisse à scribẽte uocem δίαιτα, ut sit lectio γυμνάσια καὶ δίαιτα λεπτότερα, illud enim absurdam habere sententiam apparet. hoc quamquam ab Oroscio traditum non fuerit, debetur tamen illi quod Galeni locum hunc in memoriam primus suggesserit legentibus. proinde paulo iniquius aduersus eum sese hic LXXII
gessisse uidetur Andernacus. & uersu 36. lo- pag. 105.
cum hunc sic restituit Oroscius, ex libro θερα- uers. 49.
πευτικῶν septimo, unde hæc sunt traducta. ἢ δ

ἢ δ

τῶν ὑδροπαγοῦς οὐσίας. ἢ τρίτη γε πρὸς ταύτους, τῆς οἰκείας ὑγρότητος ἐξ ἧς τρέφεται τὰ μόρια τελέως ἀπολλυμένης. tres enim facit distemperatiarum species, aliam in partibus similaribus, aliam in ijs quæ substantia ex humoribus concreta constant, aliam quæ in propria humiditate ex qua corporis partes aluntur, consistit. Andernacus magnis erroribus hic pridem lapsus fuerat.

Pag. 21. uersu 13. μιγνύσθω δ' ἑξῆς ξηρότητι θερμότης μετρία. Locus apud Galenum libro θεραπευτικῶν septimo, sic legitur, μιγνύσθω δ' ἐφεξῆς δαψιλεῖ ξηρότητι, καθάπερ ὑπόκειται, μὴ πάνυ πολλὴ θερμότης. ὥστε μὴ τῆς τοιαύτης ὑπαλλάξεως τὴν πρώτην ἀγωγὴν φυλάξομεν. è quo loco sic legendum hic esse uidetur, ὥστε ταύτ... τῆς ὑπαλλάξεως τὴν πρώτην ἀγωγὴν φυλάξαι. Sic enim & sensus erit sanus, & exemplarium scripturæ uicinior erit lectio. Ergo non est necesse, quod putat Andernacus apponendum esse τὸ, δαψιλεῖ post ἐφεξῆς, & mutandum τὸ, φυλάξαι in φυλάξομεν, nullius ueteris scripturæ testimonio usus. Confirmat nostram sententiam, quod apud hunc autorem non parum frequens habetur talis loquendi formula, istud autem δαψιλεῖ ad glossam ordinariam conficiendam admodum fuerit idoneum. An non satis erat dixisse, θερμότης μετρία? Mihi uidetur esse prudentissimum, ueterũ authorum dictionem quàmminime mutare, ubi id non fiat necessario, nisi accesserit fides exemplariũ. & mox uersu 35. εἰ δ' ἐπιτηδείως ἔχοι, διὰ ῥαφανίδων ἐμείτω. Sollicitus hic rursus est Andernacus, nisi post ἔχοι adijciatur, πρὸς ἔμετον, ne non intelligamus ad quid aptum esse oporteat, tanquam non cuiuis obuiũ id sit, & ne quis forte imaginetur, quod ad saltandum, aut musicam discendam oporteat esse idoneum qui uomere uelit. Ego puto, si non adijciatur, sensum tamen esse manifestum: sin apponatur, temerariam fore diligentiam, cum nihil urgeat, tamen hic scurram agere collibuit isti, est enim plusquam urbanus hoc in loco. Atqui quos ego locos hoc nomine aduersus eum notaueram, mutauit postmodum, quare nõ est cur nobis insultet.

pag. 123. uers. 55.

Plus quàm oportebat, pergit sæpe hic Andernacus

Andernacus hic ridicule sollicitus est. Aut aliud forte est, & quære rursus quod emendet

LXXVI Pag. 23. uersu primo, μετ' ὄξους καὶ γάρου ἀπαγωγῆς ἕνεκα, habet Oroscij codex. Et similis est huic locus Galeni secundo de alimentorum facultat. οἱ δὲ μετὰ γάρου ἐλαίου καὶ
ὄξους. & 38. ἐπιμικτέον δὲ αὐτῇ διὰ τὸ LXXIX
φυσῶδες, θύμβρας ἢ γλήχωνος. Oroscius hic legit non γλήχωνος, sed γλήχους, id est origani, ut habet Galenus libro de facultatibus alimentorũ secundo, è quo loco hæc sunt desumpta.

Pag. 24. uers. 20. τὰ δὲ πραικόκκια τε LXXX
καὶ δωράκια καὶ ἀρμένια, κρείττονα τῶν περσικῶν. Exemplar uetustum habet non δωράκια, ut in margine, sed ῥοδάκινα, quam lectionem sequutus est Copus interpres, quanquam libro tertio, capite sexto, idem exemplar habeat nõ ῥοδάκινα, sed δωράκινα, ut habet prior æditio, & Plinius & Palladius. Cæterum lectionem ambiguam facit, quod loci Plinij omnes habent duracina. Sunt docti qui putarunt lectionem Copi sequendam esse, locosq; Plinij omnes corruptos fuisse ab aliquibus perperam existimantibus, non à Rhodo quod primum fuerit arborum Persicarũ ab Aegypto hospitium, sed à carne duriore magisq; compacta, atque ob id minus corruptili fuisse appellata. Quare miratus sum quandoq;, si Plinius Rhodacena scripserit, tanquam à Rhodo nomen habentia, cur separarit hæc ab illis quæ à regionibus appellantur. Nam ita scribit, sed Persicorum palma duracinis, mox subdit: Nationum habent cognomen Gallica & Asiatica.

Pag. 28. uers. 27. μετὰ γλυκέως ἢ ἑψή- C
ματος. legit Oroscius è codice suo, ἢ ἑψήματος, id est, sapa. & confirmat id è Dioscoride libro quinto, capite sexto, Galeno libro τῶν περὶ τόπους septimo. καὶ πρὸς αὐτοῖς οὐκ οἶδα ὅπως ἠμελούμενον τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν περὶ τὴν ἡμετέραν ἀσίαν ἑλλήνων ἕψημα, προσφορώτατον δ' αὐτὸ σίραιον οἱ ἀττικίζοντες. Confirmat idem è libro θεραπευτικῶν duodecimo, & è libro Epidemiõn sexto. & uersu 33. pro συνάγχῃ νύκτωρ, putat legendum συνάγχῃ, νυκτάλωψ, sensu nimirum aptiore.

Pag. 29. uersu nono, lege δαυκίου, μυρσίνης, ἐλενίου. pro δαυκίου σμύρνης ἐλενίου. & uersu uigesimo primo, αὔξει ἐν ἀνθρώποις χολὴν πικρὰν, legit è codice suo Oroscius, χολὴν πυῤῥὰν, id est bilem flauam.

τέλος

E LIBRO SECVNDO ANNOTATA.

Pag.29.uers. 40. Puto numerum capitum, qui turbatus est in omnibus æditionib. Græcis, tũ in Indice, tum in ipso hoc libro secundo, sic emendari commodissime posse.

Προοίμιον τοῦ περὶ πυρετῶν.

πόσα καὶ τίνα κεφάλαια χρὴ ζητεῖν. &c. α.

Hoc deerat indici ἐκ τῶν παλαιῶν ποίαν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος φήσομεν. β.

πόθεν γνωριστέον εἰ σωτήριον ἐστι τὸ. &c. γ.

πόθεν διαγινώσκομεν ὀξὺ καὶ χρόνιον &c. δ.

Sequitur inde cap. ε. et alia deinceps iusto ordine, absq; emendatione. Alij tamen primum numerum τὸ α. apponunt statim procemio, quamuis in eo nihil tractetur de arte. Reliquos deinde ordine singulis capitibus addunt, iuxtaq; hanc rationem & caput ϛ sit, ζ. & quæ sequuntur deinceps usq; ad finem, tum Indicis tum libri ipsius. Sequere quod uoles, modo intelligas nos sequi modũ priorem, quia æditionibus Græcis omnib. est uicinior. Et nullũ insuper uideatur operæprecium procœmium quoq; numero insignire, ut neq; ei quod libro primo habetur, numerus adijcitur. &c.

Procemion Pag.30.uersu 14. ἐκ τῶν γαλλιῶν μὲν ὡς μάλιστα. Carpit me hoc loco Andernacus, quod non raserim uoculam ὡ, cum ad sententiam nihil facere uideatur. Necessaria uero accusatio & initijs operum digna, putaui meum officium non esse, quicquam tollere, quod omnes libri haberẽt, uidebam sanè quod sententiam impediret, quis enim id nõ uideat? Sed id quoque sciebam, quod lectori non esset opus hic mea opera, nam locũ temerè radere quiuis potest, an nõ contingere potuit, ut alia uox in hanc corrumperetur, qua restituta, lectio non minus recte habeat, quàm nobis habere uideatur expuncto ὡ. qui hæc cogitauit, etiamsi aberrarit, non tamen calumnijs est lacessendus.

II & uers. 24. πυρετὸς εἰσβάλλων καὶ μάλιστα ὀξύς. Putat hic Andernacus ex Galeno primo de diebus Criticis, apponendam uoculam δὲ, ut sit lectio, πυρετὸς δὲ. mox statuit trophæũ, ut monumentum sit posteritati se rursus uicisse.

Hic exiliter emẽdat Andernacus

Quod si ego tales locos, quos in hoc authore restitui, omnes annotare pergerem, infinitum agerem: cum hoc ipso in capite, quod constat uersibus sex, emẽdati fuerint à me, è codice meo, loci prope decem tales. conferat qui uolet priorem æditionem huius capitis cum nostra, uidebit me nihil fingere. Verum istud δὲ, quia nusquam reperiebatur, fuit à me omissum, quòd putarem à ratione emendandi nimis remotum esse ex aliorum libris multa cumulare, & magis officiũ esse proprios libros scribentium. Et neq; is exemplaris fidẽ citat hic. Et si scripturam iuxta Galeni dictionem prorsus emendari uelit, quur non hoc quoq; è Galeno addit, εἰ καὶ ἀναλγητότατος εἴη. Est hic initiũ nouæ sententiæ, quæ si iungenda sit superioribus, ut inde pendeat oratio, (quod non est necesse,) apponendum est τὸ, δὲ. sin minus, non apponendum. sententia tamen eadem est, siue addas, siue omittas. Sed cur tam multa de re exili? ut uideas lector quo pacto ille nulla necessitate impulsus, nulla fide scripturæ persuasus, ob id solum, quia sic placet, nobis imperat, & legem statuit, & qui non ante latam legem paruerunt, id est qui non pridem cogitarunt, quid isti in mentem esset uenturum, eos cædit, & calumnijs lacerat. Hæ sunt admirabiles illæ demonstrationes huius noui archiatri &c.

Pag.31.uers.25.sic emendãdus est ille locus. IIII
εἰ μὲν ἤδη μετρίως ἔχοι τὸ πρόσωπον, ἢ καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα, σύμπτωσιν, ὀξὺ προδηλοῦται τὸ νόσημα. Nam si facies, aut etiam totum corpus statim collabãtur, acutus esse significatur morbus. Tales locutiones huic authori perquã familiares, permultis ostendere licet. & sententia hæc plurimum habet artis, & prior est scripturæ emendatio. Ergo non recte facit hic Andernacus, qui hãc nobis συμμετρίαν peruertit, & locum corrigere aggressus, expungendũ ait τὸ, εἰ, ut sit lectio, τὸ πρόσωπον καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα. Neque recte facit, dum hanc emendationem secutus, uertit, siquidem facies & totum corpus. uertendum enim erat iuxta nostram lectionem.

Primo Prognosti on, Aphoris 6. Andernacus emendari uolẽ. hic nouã mendam inducit priore deteriorẽ

& uers.29. emendat Andernacus μαλθακώτεροι, in μαλακώτεροι expungens elementũ θ, nec rationem adfert, opinor tamen quia offenderit eius aures μαλθακὰς adeo, ut amicorũ admonitionem ferre prorsus nequeant. tamen non erat piaculũ, etiamsi non correxisset hoc. sed cupit ille fortè multitudine quoq; locorũ superior esse, non subtilitate tãtum.

Andernacus

Pag.32. uers. 21. ἀλλ' ἐν τῷ τῆς παρακμῆς χρόνῳ. Non parum hic placet, quod admonent illi pro παρακμῆς legendum ἀκμῆς, quam lectionem facit necessariam ars ipsa tota, nam in statu expectantur utiliter signa critica. & quæ sequuntur apud Paulum, idipsum confirmant, καθ' ὃν ἡ φύσις ἐπικρατεστέρα τοῦ νοσήματος ἐστι. Maximè uero hanc lectionem cõfirmat Galen. lib. de Crisibus 1.cap.3.sic autem. ὅτι γὰρ ἐν ἀναβάσεσιν ὅτι ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀκμαῖς αὐτὰ ἐπιφαίνεσθαι χρή. hic non immerito triumphant isti, sed quibus debent hanc inuẽtionem? qui uiam ijs hanc strauere primum. VII

Pag.

Pag. 34. uersu sexto, ἠξίωσαν καὶ τοῦτο τὸ γένος σφυγμῶν ἐκτὸς εἶναι τοῖς εἰρημένοις συγκατατάττειν. Locus est desumptus è libro primo de differentijs pulsuũ, ubi sic ait Galenus. ὅτι μὲν τὸν τῆς ἀρτηρίας τόπον ἐναργέστερον γνωριζομένης ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ θερμότητος οἷά τις ἐστὶν, ἢ εἰ κατ' ἄλλο τι μορίον ἅπτοιο, πίθανον ἔδοξεν εἶναι τισὶ καὶ τοιοῦτο γένος σφυγμῶν συγκαριθμῆσαι τοῖς ἄλλοις. ex hoc loco uisum est Andernaco, addendum esse dictioni Pauli τινὲς, ut sit lectio ἠξίωσάν τινες καὶ τοῦτο &c. Cum enim locum hunc è Galeno traductum esse constet, quamuis reliqua dictio tota sit immutata, sentẽtiam solam retinuerit Paulus, uoluisse tamen eum hanc quoque uoculã omnino adhiberi. Vbi mirum est quanta cum maiestate nobis hæc præcipiat iste, tanquam author ipse, per nuncium aliquem ab inferis missum significasset illi tum hoc ipsum, tum alia pleraque ad hanc emendationem necessaria. Cum enim eiusmodi in exemplaribus nusquã reperiantur, etiam optimis, neque enim in Ruellij, neque in Oroscij codice, aut Lascaris, necesse fuerit per aliquem admoneri homines eorum omnium, nemo uero magis idoneus sit uisus hoc uno, è cuius ore tanquam altero Paulo cum authoritate cæteris mortalibus isthæc promulgarentur. Et hunc honorem in eum contulerit Paulus, pro trecentis locis, quos in priore æditione iste parum rite tractasse dicitur. Et eiusdem generis cum proximo, locus est qui mox sequitur. ° uersu undecimo τῆς γὰρ ἀρτηρίας διπλῆν κινουμένης κίνησιν, ἐξ ἐναντίων συγκειμένην κινήσεων, διττὰς ἀναγκαῖον αὐτῇ συμπίπτειν ἠρεμίας. quo loco legendum esse contendit, μορίων, non κινήσεων. καὶ τοῦτο δὲ μάλα ἀπροδιεκτικῶς συμπαραλείπει. Sic enim: Galenus (inquit) primo de Differentijs pulsuum ita habet, τῆς ἀρτηρίας σώματος οὔσης κοίλου καὶ μακροῦ καὶ περιφεροῦς, κινουμένης τε διὰ παντὸς διπλῆν κίνησιν, ἐξ ἐναντίων συνθέτων μορίων. ἢ γὰρ εἰς ἑαυτὴν συνιζάνει πανταχόθεν ἢ διαστέλλεται πανταχόσε, καὶ ταύτης τῆς διπλῆς κινήσεως ὀνομαζομένης σφυγμοῦ, διττὰς ἀναγκαῖον αὐτῇ συμπίπτειν ἠρεμίας. ex hoc ille loco demonstrat legendũ esse ἐξ ἐναντίων συγκειμένην μορίων, non autem ἐξ ἐναντίων συγκειμένην κινήσεων. Miratus diu sum & multum subtilitatem hominis. cum enim Paulus totam ferè Galeni dictionem hic mutarit, ita ut alia omitteret (nam uersus Galeni ut uides septem, redigit in duos cum dimidio) alia immutaret, quod enim Galenus dicit συνθέτων, Paulus uertit in συγκειμένην, & quod ille ait, τῆς γὰρ ἀρτηρίας σώματος, hic dicit, τῆς γὰρ ἀρτηρίας. omittit autem τὸ, οὔσης κοίλου καὶ μακροῦ καὶ περιφεροῦς. Item istud, διὰ παντός. & non multo post, ἢ γὰρ εἰς ἑαυτὴν συνιζάνει πανταχόθεν ἢ διαστέλλεται, quod tamen necessarium esse uideri poterat, pro interpretatione, ut & hoc, καὶ ταύτης τῆς διπλῆς κινήσεως ὀνομαζομένης σφυγμοῦ. Cum tantum, inquam, intersit inter utriusque dictionem, sola uox κινήσεων offendit istum, & imperat ut legamus μορίων, tanquam locus sit mutilus, si ita legamus ut habent exemplaria Pauli, et quæ nobis & quæ isti uidere contigit omnia, aut non idem utrobiq; sit sensus, aut tanquam partes motus, non recte motus dicantur, aut non, prope dixerim, aptius dicantur motus contrarij, quàm partes contrariæ, aut tanq̃ omnia quæ apud hunc uarie legũtur, falsa sint, & iuxta Galeni uoces emendanda necessario sint. Sed & si haberet codicis ueteris fidem, tamẽ hic nihil à nobis fuisset pridem neglectum, & esset lectio solum uaria, non etiam corrupta. Et ne id quidem adducit. At fortassis hæc scribenti Paulo, aßidebat iste. Idipsum suspicabar. cur enim alioqui tanta authoritate cæteros reprehendat, et suã lectionẽ promulget? Cogitaui sæpenumero lector, quidnã isti in mẽtẽ uenire potuerit, ut adeò grauiter & arroganter sua nobis insomnia proponere ausit, & modos omnes mecũ reputans, nullã rationem potui deprehendere aliã; q̃ quod multa impudentia & malicia ita sit ebrius, ut recti & honesti rationẽ nullam habere queat. Nam cum ei præter scripturã ueterem, aliud commercium cum hoc authore nullũ contingere potuerit, nõ colloquia, nõ epistolæ (neq; enim puto hũc esse necromanten) nec modus alius supersit ullus, quo admoneri potuerit iste ab authore iam olim defuncto, nisi per insomnia forte, quod nos existimare uetabit opinor: necesse est impudẽte malicia hominem agitari, et uerbis emendationẽ huius authoris profiteri, re ipsa calumniandi materiem magno studio paßim colligere. Ergo cum in exemplaribus magno consensu legatur ἐκ τῶν ἐναντίων συγκειμένων κινήσεων, & sensus lectionis sit integer, uerus ac perspicuus, insuper autem nõ parum apta sit hæc dictio: neq; omissum à nobis aliquid pridem fuit, neq; necessario scriptura nunc mutãda uenit.

Andernacus impudẽter hic quærit rursus, quod emendet

& uer. 26. δίρρυθμος καλεῖται. uisum est quibusdam notandũ esse, cur nõ παράρρυθμος aliquod exemplum hic subiungatur. ueluti apud Galenum est, εἰ παιδίου τὸν πλησίον ἡλικίας λαμβάνοι, παράρρυθμος καλεῖται. Sed in exemplaribus nõ est.

Pag. 36. 30. ὥστε καὶ ἐπὶ σοῦ ἀπτομένου

πολλάκις ἢ πάντως γε μετ' ὀλίγον, πάντως ἀποκαθίστασθαι. Sic habuerũt exemplaria & scripta & impressa. Quare non uisum nobis est necessario mutandum, cum iustam sententiam habere uideretur, hoc pacto. Cum magnus pulsus fiat, aut ob augmentum caloris, aut ob causas alias. calor uero augeatur, aut è naturalibus, aut non naturalibus, aut præter naturam causis. subiungatur autem statim dignoscendi ratio, an pulsus ob calorem è causis naturalibus auctum in magnitudinem attollatur, aut è causis reliquis: dicente Paulo, si è causis naturalibus auctus calor sit, tum non facile remitti magnitudinem, sed esse diuturniorem: sin è causis reliquis, facile desinere magnitudinẽ, adeo ut etiamnum tangenti pulsum, aut non multo post, appareat magnitudinẽ remissam esse. Sumitur itaque causarum agnitio ex eo quod quæ naturales non sunt, non permanent: sed bifariam hoc contingere poterat, aut enim ut non sit perpetuum, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μόνον, & tum esset sola coniectura, καὶ τεκμήριον. aut perpetuũ quoque id est, & tum fuerit σημεῖον ἀποδεικτικόν, quale significare posset τὸ, πάντως ἀποκαθίστασθαι. iuxta quem sensum non solum radendum non sit, sed necessariũ fuerit ad ipsam dictionem. Ostendisse prius decebat Andernacum nihil tale hic significari, et sententiam hanc falsam esse. Sed rursus tamen cogitare tum debebat, aliam dictionem in hanc corrumpi potuisse, uelut τὸ πάλιν, ut lectio sit, πάλιν ἀποκαθίστασθαι, id est, ad pristinam paruitatem redire rursus, quam habebat scilicet, priusquam superueniret causa calefaciẽs. Hæc coniectura scripturæ fuisset propinquior, quales decet esse, quæ nulla fide exemplarium fulciuntur. uidemus Galenum id paßim fuisse sequutum in emendanda scriptura Hippocratis. Horum omnium nihil cogitare uidetur iste, sed prout in buccam illi quodq; uenerit, & ad calumniã aptum fuerit, statim arripit, nulla fide communiens, nulla ratione fulciens, tantum pronunciat, & stolidi cuiuspiam Thrasonis more imperat, pœnam statuens ijs qui non uel ante edictum paruerint: aptior ad agendos mulos, quàm tractandas disciplinas. E loco Galeni quem huc adduxit, nullum argumentum firmum sumi potest, expungẽdum aliquid hic esse. est enim multum diuersa dictio. aut si omnino iuuet, adstipulabitur nobis, habetur enim illic, τὸ πάλιν. Sic ὥστε ἐνεστι τὸ σφυγμὸν πάλιν ἐφαψαμένῳ ἀφίστασθαι διαγνῶναι τὴν μεταβολήν. & ut illic πάλιν ἐφαψαμένῳ dicitur, ita hic πάλιν ἀποκαθίστασθαι dictum fuisse, uideri queat. πρὸς μὲν οὖν τὰ προχείρως λεγόμενα, ὧδε αὐτῶς ἀποκριτέον προχείρως δεῖ.

ἐπιδημιῶν 6. & alibi

Sed & ueterem scripturam retinendam, exilia sæpe indicia persuadere queunt. mutandam esse, solum quæ ualida sunt, quale non est quod iste attulit. sed existimare fortasse nos iubet, ex ijs locis hunc esse quos in aurem ei significauit Paulus, ita mutandos.

Pag. 38. 26. οὐχ ἥκιστα δὲ πλεονεκτεῖ ἴδιον. Sic nos pridem restituimus locum è Galeno, quis enim ambigat, quum manifeste falsa sit negatio, si quis legat ἥκιστα δὲ, ut habebat prior æditio. Est autem hic locus apud Galenum libro quinto, περὶ αἰτιῶν σφυγμῶν. ait enim, οὕτω δὲ καὶ τὸ τῆς ἀνωμαλίας εἶδος τὸ ἐμπρηστικὸν, ἴδιον οὐχ ἥκιστα πλεονεκτεῖ ὑπάρχον, ἀνιέμενον μὲν μαλακῆς καὶ ῥᾳδίως ὑφεθησομένης: ἐπιτεινόμενον δὲ, χαλεπῆς καὶ δυσαπέπτου γνώρισμα πλεονεκτεῖ.

Pag. 39. uersu 6. ἐγγὺς ἱκανῶς τοῦ λε- XIII
πτοῦ καὶ λευκοῦ. locus est Galeni libro primo περὶ κρίσεων ad hunc modum. τὸ δὲ λεπτὸν οὕτως καὶ λευκὸν ὥσπερ τὸ ὕδωρ, ἐγγὺς δεῖ ἕτερον οὖρον, ἐν πολλοῖς τῶν νόσων φαινόμενον, ὡς οἴνου δοκεῖν ἱκανῶς λευκοῦ καὶ λεπτοῦ μεμιγμένην ἔχειν ἰδέαν. è quo loco uidetur hic legendum. οἴνου ἐγγὺς ἱκανῶς λευκοῦ καὶ λεπτοῦ. nisi quis malit τὸ ἱκανῶς fuisse corruptum ex οἴνου, ut sit οἴνου τοῦ λευκοῦ καὶ λεπτοῦ, ut uoluerunt alij. Cæterum prior ratio magis placet. & uersu octauo, τοῦ ὕδατος legunt exemplaria omnia. putant rursus hic emendandum, & legendum ὑδατώδους ex Galeni libro de Crisibus primo, capite duodecimo. Non improbo emendationem, sed quia non habet ueterem scripturam adstipulantem, puto non esse necessariam, & illi simile esse quod mox præceßit, τὸ λεπτὸν οὕτω καὶ λευκὸν, οἷον τὸ ὕδωρ, huic enim respondere, καὶ αὐτὸ τὸ παχὺ τοσοῦτον ἀποκεχωρηκέναι τοῦ ὕδατος ὅσον καὶ τῷ χρώματι. Si quis ita cogitans, ueterem scripturam non mutarit, uidetur ne tibi ob id calumnijs lacerandus esse, lector? Imprimis uero qui constituerit exemplarium lectionem communicare cæteris. id enim erat operæprecium magnum. Galeni lectionem uariam lector quiuis annotare potest, habetur enim in manibus omnium Galenus. & uer- XIIII
su 27. ὑπόπαχυ. legit Oroscius ὑπέρπαχυ, confirmantibus hanc lectionem fide codicis scripti, & autoritate Oribasij lib. 6. ca. 5. & uer. sequente, εἰ δὲ μὴ πρόσοιτο μέλαν, ἀλλὰ λεπτόν. emendat Oroscius è codice uetere, εἰ δὲ πίνοιτο μὲν ἀλλὰ λεπτόν. confirmans lectionem hanc

Oribasij

Oroſcius Oribaſij teſtimonio libro ſexto, cap.quinto. Mirari ſæpe ſolitus ſum prudentem diligentiam huius uiri, qui adeo nihil mutat temerè. Priuſquam enim loci emendationem adoriatur, oſtendere libenter ſolet falſum eſſe, ſi id non ultro cuiuis occurrat, deinde caſtigationem nõ temerè aggreditur, quin pluribus teſtimonijs, maximè uero ſcripturæ ueteris fide confirmet, & ferè quæ magnum habent operæprecium, & ſunt difficilia, nec à quibuſuis deprehendi poſſunt, niſi iiſdẽ libris inſtructo, tractãda ſuſcipit, ut appareat eum ueritatis ſtudio magis quàm ambitione, aut ob aliam cauſam ullam ad hoc munus acceſsiſſe. hanc nobis ſuſpicionem uehementer confirmat hominis in ſcribendo modeſtia, quam nuſquam non ſeruare uidetur. Andernacus omnia contrà facit. Non enim ſemel locos qui ſunt integri, & emendatione nulla indigent, emendare tamen pergit, alios uero ſine fide exemplarium ulla, & perſæpe exilibus quibuſdam & apparentibus rationibus perſuaſus, & à uera ratione deiectus, mirabiliter corrigit. Sed & non pauca minimè difficilia, & omnino parum momentanea, magna cum autoritate & faſtu in medium adfert, diceres eum legem Solonis aliquam aut Lycurgi, prægrandem & perquam difficilem promulgaturum eſſe, & ſæpe in ridiculum murem uertitur catastrophe. Id enim facit, quoties dictioni authoris apponendũ iubet, τὸ, δὲ aut μὲν: aut nobis conuertit υ in η. aut ο in ω. aut diphthongum οι. in diphthongum ει, aut radi iubet ũnum λ. aut apponi iubet alterum. Nam hæc iam ſunt grandiora, quoties nunc ex Galeno huc apponi iubet uocem unam, nunc rurſus expungi alteram, quia apud Galenum non reperiatur, & omnino mutari unam in alteram præcipit, quia apud Galenum alia ſit. quæ ſi ita temere in authoribus facere paſsim liceat, nullus eſt tam parum in libris medicorum uerſatus, qui non triduum unum operã arti dederit, ut paſsim hæc apud Galenum quærere & conferre non ipſe poſſit, & uidere quæ uoces apud Galenum adſint, quæ non adſint, & quæ quoque in loco uariẽt, & alia ſimilia infinita. At è talibus tamẽ admirabilis eſſe ſibi uidetur. Maxime uero admirabilis eſt, locos Pauli abſtruſos & minime intellectos, facit intellectos, uelut dũ uocẽ σῆψιν mutat in ψῦξιν, ut manifeſta fiat ſententia, aut ὀνίδα, in ὀνώνιδα: aut ſentẽtiã falſam, unius literæ mutatione uerã reddit, mutãs τὸ ὂν in οὐ. ob unum locũ Oribaſij uitioſe ſcripti, euertere cupiens nobis conſenſum omnium exemplarium Pauli, Galeni, Aëtij, & interpretũ omnium. Et ſi quis ab eo quærat, quis es tu, qui talem libidinem in ueterum authorum monumentis tractandis uſurpare non idiot? aut unde prodis nobis? dicerem quid reſpondeat, ſi uacaret. Videtur autem omnino calumniæ magis quàm ueritatis ſtudio adſcribẽdum nunc acceſsiſſe, nam alioqui in carpendo eſſet parcior. Et ſuſpicionem hanc mihi confirmat uehementer, quod pluribus in locis inſigniter adiutus ab Oroſcio, quod ipſe rogatus diffiteri non auſit, diſsimulare frequenter audet, mentionem tamen eius honeſtam ne uno quidem in loco facit, carpit paſsim. Rationes quoque ipſius ſuggillare nonnunquam aggreditur, ſed adeo exiliter, ut mihi uideatur cum Entello Dares commiſſus, quoties hunc gladiatorem cum illo uiro depugnantem uideo. ſed præſtat motos tandem componere fluctus.

& uerſu 43. Sic legendum hic eſt. χωρὶς ἄλλων ἀνακολασμένον. ψύχοντα δὲ αὐτὰ σφοδρὸν, καταχεῖν δεῖ κατὰ τοῦ βρέγματος. XV

Oroſcius & uerſu 45. quia hic locus ex Galeno ita traductus eſt, ut non ſolum ſententiam, ſed & uerba inde mutuarit Paulus, uiſum Oroſcio eſt, addendum eſſe dictionẽ κορύζῃ. Locus Galeni habetur octauo methodi: εἰ δὲ σὺν κορύζῃ καὶ κατάῤῥῳ πυρέττοι, πρὶν πεφθῆναι ταῦτα λούειν οὐ χρή. Confirmat idipſum è libro de ſanitate tuenda, & ex Oribaſio libro ſexto, capite ſexto, iiſdem uerbis. Conſentit & Auicenna prima 4. capite nono, quod inſcribitur de curatione febris ephemeræ ſecundum modum uniuerſalem. Cuius uerba ſunt, & habens catarrhum nõ balneetur, niſi ſit aduſtiuus. &c. Inſuper autem uehementer probabilem facit hanc emendationem, quod hic mox ſequitur, τὸν δ' ἐπ' ἐγκαύσει καὶ τούτων παρόντων λουτέον. Vbi τούτων cum plurale ſit, referetur non ad catarrhum ſolum. quid autem aliud præceſsit, niſi addatur ſcripturæ τὸ, κορύζῃ. Hunc locum tanto lubentius adſcribo, ut exemplum hinc ſibi ſumant diuinatores noſtri, quo pacto authorum libri ſint emendandi, nam ſimili adhibita prudentia ut facit hic Oroſcius. uerum hunc in commentarijs ſuis non attigit Andernacus, ſed præterijt, tanquam quæ recta ſunt, docere illi non collibeat. & uerſu 47. ἐφ' ὧν δὲ ἡ σύγνωσις πυρετὸν ἐργάζεται. admonet Oroſcius è codice ſuo legendum στέγνωσις, id eſt conſtipatio, ſiue denſitas cutis, & adſtipulatur noſter quoque codex. Cõfirmat codicum lectionem Galenus octauo methodi, & Oribaſius libro ſexto, cap. 6. & uerſu quadrageſimo nono legendum γλυκύχυμος pro γλυκύθυμος, ut notauit Oroſcius è ſcripto exemplari, cõſentiente noſtro quoq; codice, & cõfirmat rurſus emendationem Oribaſius

183

pag.118. Oribasius lib.6.cap.6.& Galen. libro methodi
uers.55. 8. inquiens, quod talibus maxime conferunt tum
alia, tum γυμνάσια σύμμετρα καὶ δίαιτα γλυκύχυμος. Est autem γλυκύχυμος idem quod
εὔχυμος, id est boni succi & alimenti cibus, cuius est contrarium κακόχυμος, quod mox sequi-
Oroscius tur apud Galenum eodem in loco. & uers.52.
πίειν θερμὸν ὕδωρ διδόναι. Notauit Oroscius
uariam lectionem apud Galenum lib. methodi 8.
unde ad uerbum Paulus hæc sit mutuatus, ubi legitur ψυχρὸν ὕδωρ. Mox subdit, inquiens, Mutare tamen nihil audemus, peritioribus hanc litem et
liberum legentibus relinquẽtes arbitrium. Nos iudiciũ recusamus, uolumus enim ut collatio sit hæc
Ander- non castigatio. Hinc discat Andernacus pruden-
nacus tiam, nec imperet studiosis pro libidine sua, ut mangones solent, quibus mancipia parere oportet. Mirum est eum hic tacuisse, sed lupum tenebat auribus, si me suggillasset, probasset Oroscium.

Oroscius Pag.40.uers.3.restituit lectionem Oroscius
prudẽter sic. τούτων τινὰς τρέφειν. sed uide quàm pru-
emendat denter. Primum inquit, scribentium hic error facilis est, ultimum σ præcedentis dictionis cum sequente iungere. Mox adfert lectionem codicis, inde adducit authoritatẽ Oribasij lib.6.cap.6.uerbis ijsdem scribentis. Postremò confirmat hæc testimonio Galeni 8. methodi ἐδίδαξα δέ σε καὶ κατ᾽ αὐτὴν τὴν εἰσβολὴν τοῦ πρώτου παροξυσμοῦ τοὺς τοιούτους τρέφεσθαι δυναμένους. λέγω δὲ τοὺς ἐφ᾽ ὧν ἡ δυσκρασία τοῦ σώματος ἐπὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ θερμὸν ἐκτρεπομένη, πυρετὸς ἀνάπτει. Hunc quoq; locum in sua commentaria
Ander- tacitus retulit Andernacus, & non improbandum
nacus erat, si modo nomen illius apposuisset, & adhuc minus, si eandem prudentiam in emendandis cæteris quorum ipse uoluit author esse, præstitisset, quod ferè nõ facit, sed magis imperat ut tyrãnus,
XVI non ratiocinatur ut medicus. & uersu 10. Si
Ander- paßim secutus Andernacus fuißet hunc morem,
nacus in deligendis locis qui emendationem postulare uideantur, non erat cur quisquam ab eo dissentiret. cũ enim Paulus manifestè hic author sit falsæ sententiæ, nisi scripturam immutemus, necesse est manus huc admouere auxiliares. uidetur autem mutandum μὴ in μὲν, ut sit καὶ τὸ μὲν ἀπὸ ῥίγους δὲ ἄρξασθαι τὸν πυρετόν. cui lectioni supra quam quod est necessaria, adstipulatur quoq; Galenus librò de differentijs febrium primo, hoc
pag.325. pacto. τὸ δὲ ἀπὸ ῥίγους ἄρξασθαι τὸν πυρετόν,
uers.49. οὔτε ἐγκαύσεως οὔτε καταψύξεως ἰσχυρᾶς προηγησαμένης, ὁποῖα μάλιστα τοῖς διὰ χιόνος ὁδοιπορήσασι συμπίπτουσι, ἢ ἄλλως ἐν ἰσχυρῷ κρύει διατρίψασι ἐπὶ πλέον, ἴδιον ἐστὶ καὶ αὐτὸ τῶν ἐπὶ σηπεδόνι χυμῶν ἀναπτομένων πυρετῶν. Cæterum hunc emendationis modum magis puto probatum iri, quàm ut Andernacus facit, qui mirifice tumultuatur hic. expungit enim μὴ, & aufert καὶ quod initiũ facit huic loco, & δὲ quod est post ῥίγους huc transfert, & illud τὸ μηδὲν, uertit in τὸ μηδέν. Sic igitur legit. τῶν ἐπὶ σηψει πυρετῶν διάγνωσις τὸ μηδὲν προκαταρκτικῶν αἰτιῶν προηγήσασθαι, τὸ δὲ ἀπὸ ῥίγους ἄρξασθαι τὸν πυρετὸν ἴδιον ἐστὶ καὶ αὐτό. Nõ aduertit se contra proprium præceptum hic agere, nam apud Galenum habetur, δὲ quia præcesserat μὲν, cui id respondeat. Et hic nihil tale est, & nec initium nouæ orationis hic est, quæ ratio in ipsius grammatica plurimũ ualet. Et omnino aptißima scriptura est codicum nostrorum, mutata sola negatione, cæteris manentibus ijsdem. Audi uero lector, tu iudica, non ille, an non pulcherrimè procedit dictio sic legentibus, ut habet scriptura exemplariũ? καὶ τὸ ἀπὸ ῥίγους δὲ ἄρξασθαι τὸν πυρετὸν ἴδιόν ἐστι. sed uidebitur alicui forte de lana caprina esse contentio. mihi non uidetur inutile esse non solum sensum, sed & dictionẽ ipsam authorum quantum fieri potest, integram & illibatam seruare: cuius rei unum principium, καὶ οἷον ἀρχή τις ἐστίν, antiquam scripturã diligẽter obseruare. fecit hoc Galenus, fecerunt alij. Ille igitur bene cœptam emendationem parum hic bene finijt. existimãs tamen, sese nimis rectè officio functum esse suo, totius operis conclusionem subdit, cuius initium est tale, tu uero quisquis ueritatem amas &c. Risi fortiter hic, tanquam ueritatis magister sit, cuius libri passim mendacijs scatent & calumnijs. Et uers. Hic Andernacus quærit quod emendet
13. simile est priori, quod hic iubet addi δὲ post μέγιστον, ut sit μέγιστον δέ. Quis autẽ istud suadet? habet'ne codicem? non habet. Cur igitur? quia incipit, ait, noua sententia. Audi ergo lector hoc axioma huius magistri nostri. Vbi noua incipit sententia, apponendum esse dictioni Pauli τὸ, δὲ. Cur autem hoc? ὅτι αὐτὸς ἔφη. In interprete ferendum est, si talia affingat ad molliendam dictionem. authoribus ipsis puto non ita temerè paßim assuenda. Quod si omnino hoc liceat, tamen calumnijs lacerandi non sunt, qui pridẽ id non fecerunt, quia putabant non licere. sed harũ emendationum omnium admirationem superat id quod sequitur.

uer.14. pro ἴδιον ἐστὶ μάλιστα τῶν τοιούτων πυρετῶν, sic emenda, inquit, ἴδιον ἐστὶν ἐν τοῖς μάλιστα. hoc enim Galeni est, illud nescio quo pacto offendit, non placet, & nimis est philosophicum, ita enim loquutus est Aristoteles, nam sic habet ille Et hic quærit Andernacus quod emendet

bet ille, ἐν κατηγορίαις, ἐν τοῖς περὶ οὐσίας, μά-
λιστα δὲ ἴδιον ταῖς οὐσίαις δοκεῖ εἶναι. Item περὶ
ποσοῦ, ἴδιον δὲ μάλιστα τοῦ ποσοῦ, τὸ ἴσον τε καὶ
ἄνισον λέγεσθαι. Et alibi ſæpe. Quid facturus hic
fuerat, ſi nobis uertiſſet Ariſtotelē, ueluti ſatis ine
ptè cœperat, emendaſſet nimirum eos locos, et ubi
habet ille, ἴδιον δὲ μάλιστα τοῦ ποσοῦ, docuiſ-
ſet dicendum eſſe, ἴδιον δὲ ἐν τοῖς μάλιστα. Et
pro μάλιστα δὲ ἴδιον, ἐν τοῖς μάλιστα δὲ ἴδιον.
et id genus alia. Pudor uero eſt, magiſtrū eius ſcho
læ, quæ diſciplinarū alumna dudum fuit, tot egre-
gia ingenia aluit, illorum hominū conſuetudine nō
factum eſſe prudentiorē. Sed idipſum eſt, quod di-
cit Galenus. τὸ αἷμα, τὸ ἠλίθιον ἐμποιεῖν ἐν ἀν
θρώποις. & Cœlum non animū mutant qui, &c.
Hæ uero ſunt, quas iſte correctiones per contem
ptum appellare debebat, non noſtræ. & uer-
XVII ſu 33. καὶ τῶν δυνάμεων οὐκ ἰσχυρῶν legit Oro
ſcius addita negatione, adſtipulāte, ut inquit ipſe,
Galeno 11. θεραπευτικῶν, his uerbis. μετρίου
δὲ ὑπάρχοντος τοῦ πυρετοῦ, καὶ τῶν δυνάμεων
οὐκ ἰσχυρῶν. Si mediocris febris fuerit, & uires
nō ualidæ. Sugillat me hic Andernacus, quod præ
terierim hoc, tanquam ipſe pridem id rectè uertiſ-
ſet. Ego lectionem exemplarium ueterum, quibus
in locis magis probata uideretur, communicare le-
ctori conſtituerā, eademq; opera librum ædere mi
nore precio uenalem quam eſſet prior, ut à ſtudio-
ſis poſſet emi cōmodius, quod præſtiti, uel inimico
rum cōfeſsione. Operam inſuper dedi, ne quid pro
meo arbitrio temerè mutarem & corrumperē, &
ſicubi factum id eſt, & à me mutatū, lectorem di-
ligenter admonui. debetur mihi pro hiſce gratia,
nō calumniæ. Poſt æditum uero librum, uenerunt
in manus mihi Oroſcij annotationes, percurri ſta
tim, & locos contuli eius omnes cum exemplari
Ruellij, quod in manibus meis erat: reperio uaria,
quædam enim illum deprehendiſſe, quæ ipſe quoq;
ante uiderā, alia uero, ab eo ſolo animaduerſa, non
pauca à me deprehenſa, quæ ipſe non adnotaſſet.
E quorū omnium inter ſe collatione exiſtimaui hunc
autorem ſic reſtitui poſſe, ut non multa lector de-
inceps deſideraturus eſſet, quæ operæprecium ſci
licet inſigne aliquod haberent. Quare conſtitue-
ram in gratiam ſtudioſorū, æditioni adijcere quæ
hic uir ſupra noſtras emendationes annotaſſet. Ve
rum nō multo poſt, ubi cognouiſſem iſtum nouam
æditionem huius authoris Latinam parare, cogita
bam quæ ſupereſſent ex huius annotationibus ad-
iecturum, quare non neceſſariā fore noſtram quo
que operam. Neſciebam autem illum tanta temeri
tate & impudentia nouos errores inducturum in
hunc librum eſſe. Minus adhuc putabam, quod
mendacijs aduerſus me eſſet depugnaturus & ca-
lumnijs. Quare hunc laborē illi cedere conſtitue-
ram. Poſtquā autem effecit iſte, ut operæprecium
eſſet ad eius mendacia & calumnias reſpondere,
reliquum quoque laborem ſicut ante conſtitue-
ram, unà ſuſcipiendū putaui, & ſimul priorem ab
iſtius iniuria pro uirili defendendum. & uerſu XVIII
41. καὶ τὸ θερμὸν ὁμαλῶς ἐκτέταται πάντη
ſic legendum eſſe pridem annotauerā è codice no
ſtro, adſtipulante quoq; Oroſcij codice, ut poſtea
comperi, & Oribaſio lib. 6. cap. 9. Sed & Ga-
lenus 2. de Criſibus ſic habet, ἤδη τε οὖν δί- pag 405.
ψος ὑποφέρει καὶ διακαίει τὸν ἄνθρωπον, καὶ μι uerſ. 51.
κρὸν ὕστερον ἀκμάζει, καὶ τὸ θερμὸν ὁμαλῶς
ἐκτέταται πάντη. Cæterum, quia id quod a-
pud Galenum ſequitur, καὶ καθ' οὐδὲν ὁ θώραξ
τῶν ἄκρων θερμότερός ἐστι, iuſſerat pridem An Ander-
dernacus huc quoq; apponi, adnotaueram non ne- nacus
ceſſario addendū eſſe, præter codicū fidem, quia
à Galeno interpretationis loco adiectū fuerit τῷ,
πάντη. In epitome omitti poſſe, quod facilem ſe
quelam habeat. nam compendijs, qualis hic liber
Pauli ſit, ea ferè apponi quæ ſummam rerum com-
prehendant, ac reliqua ultro conſequentia, in me-
moriam nobis reducere queant. Hanc ſententiam
paſsim ſugillat Andernacus, tamen à me non per-
peram huc fuerat appoſita, uel ipſius confeſsione
propria. nam ſequitur eam hoc in loco, & neq; aſ-
ſuere nos iubet quicquam, neq; aſſuit ipſe, ut antea
fecerat. cur igitur hanc doctrinam paſsim carpit?
Cæterū quod mox ſequitur, ſic diſtinguendū eſt.
εἰ δ' ὑπερβάλλοις τὴν χεῖρα, περὶ μὲν τὴν πρώ-
την ἐπιβολὴν ἅπαντα &c. & uerſu 52. XIX
ſic legit Oroſcius è codice uetere. καὶ τὸ μὲν εἰς
γαστέρα συῤῥέον κενοῦσι δι' ἐμέτων. τὸ δὲ καὶ κά-
τω τοῖς οὔροις τε καὶ τοῖς ἱδρῶσι προσήκειν.
Quam lectionem confirmat & ex Oribaſio, lib.
6. cap. 10. et è Galeno lib. ad Glauconem primo.
προτρέπειν οὖν χρὴ τὸ μὲν εἰς τὴν γαστέρα συῤ-
ῥέοντα, κενοῦσθαι δι' ἐμέτων. τὸ δὲ κάτω ὑπιόν
τα, ὡσαύτως διὰ τῆς κάτω ἐκκρίσεως.

Pag 41. uerſu 9. ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῶν πα-
λαιῶν. Clamant hic rurſus locum eſſe mutilum,
ſciebam id antea. ſed nos nō aduertiſſe, falſi ſunt.
nec emendaſſe. nō licuit ex codicibus, qui tum ad
fuere. Et nec ipſi hoc poſſunt. Quod enim adfe-
runt ex Galeno & Oribaſio, ueram ſententiā ha
bere, non diffiteor: ſed hanc ipſam dictionem au-
thoris eſſe, & proinde locum priſcæ incolumita-
ti eſſe reſtitutum, non perſuaſum adhuc habeo.
Sic enim legunt, ἀπέχειν δὲ μέλιτός τε καὶ νά-

Galenus ad Glauc. primo de Cura huius febris

πυρὸς καὶ ταρίχου καὶ τῶν δριμέων ἀπολυτῶν, καὶ οἴνων δὲ παλαιῶν ἱκανῶς, καὶ ὅσοι θερμοὶ φύσει. & à scriptura uetere longius abesse uidetur hæc lectio. Equidem non damno hanc diligentiam, sed laudo uehementer, sic tamen puto. Quemadmodum qui authorem interpretãdum suscipit, non ea tantum adfert, quæ uere & probabiliter de re proposita dici possunt, sed quæ è sententia sint tum authoris ipsius, tum eius præcipuè loci quem tractandũ suscipit. Sic qui emendare locum constituit authoris, ita rationem habeat sententiarum, ut dictionẽ non uiciet, hanc ita emendet, ut sensa non corrumpat. Ergo lectionem hanc, ut ab interprete recipiendam, ut à castigatore libri, non ita planè, ut in ipsam dictionem absq; uenia referri queat, existimo, ne cæteris si qui in meliorẽ scripturam incidant, restituendi occasio sublata uideatur. Hæc causa fuit, cur ego pridem hunc locũ nõ

Galenus Epid. 6

XX tentarim. & uers. 17. ῥοφήμασι δυπεπῆσι, legit Oroscius è suo codice, adstipulante etiam nostro. Confirmat lectionem ex Oribasio libro sexto, cap. 11. Et è Galeno ad Glauconem primo, in huius febris curatione. & uers. 19. Iubet Andernacus huc apponi uoculam τί. sic enim scribere Galenum, ἀλλά τι καὶ τοῦ τμητικωτέρου καὶ θερμοτέρου τρόπου προσλαμβανέσθω. Miratus sum, quod nõ apposuerit dictionem Galeni totam, aut saltem hoc, καὶ τοῦ θερμοτέρου. nam id libenter solebat antea, in gratiam, opinor, calcographorum qui amant libros magnos. Hic itaq; sui oblitus fuisse uidetur. Sed mox reminiscitur sui, cum addit contemptim, fuisse hoc ab Aristarchis præteritum, ceu paruum, quod quamquam ille εἰρωνικῶς, uere tamen dixit exile esse, qualia sunt alia quoque ipsius permulta. Nam ob emendationes adeò exiles insultare nobis quandoq; solet, ut de punctis quibusdam appositis, aut distinctionibus gloriari non uereatur, qualia si ego recensere de me uoluissem, poteram historiam scribere. tamen pro ijs flagellamur. Porrò quãto studio ille & imprudentia solitus fuerit hinc inde sententias & uoces transferre, argumẽto quoq; nobis est, quod hoc ipso in loco pridem est molitus, ubi legitur, ἡ δὲ ὅλη τῆς διαίτης κατάστασις, οὐ ψύχουσα καὶ ὑγραίνουσα τὸ σύμπαν, ἀλλὰ καὶ τμητικωτέρου τρόπου τι προσλαμβανέσθω. quo loco uox σύμπαν sumpta aduerbialiter sententiã facit magis concinnam, quàm quæ apud Galenum habetur, ubi coniunctim legitur, τὸ σύμπαν σῶμα. Vnde suspicio est ab aliquo, huic non absimili uiro, additam temerè fuisse dictionem σῶμα, cum rectius legatur τὸ σύμπαν aduerbialiter, ue

Pag. 202. uers. 45.

Andernacus temerarius

Locus Galeni

lut hic habetur apud Paulum, præcipue uero cum eandem lectionem habeat Oribasius, adstipulante etiam uetere Galeni translatione, his uerbis: Omnis uero ratio diætæ ipsius nõ sit perfrigida & humida, sed habeat aliquid calidum. Hæc itaq; nõ meditatus Andernacus, dictionem σῶμα è Galeno huc quoq; apponendam esse pridem cogitauit, & ita uertendum, tota uero uictus ratio non erit quæ refrigeret uniuersum corpus. Sic ille Paulum è loco Galeni suspecto emendare aggressus est, cum contra fieri oportuisset. Nunc admonitus ab Oroscio, rursus expunxit istud σῶμα, & in eius locum recipiendum putauit è Galeno uoculam τί, ob quam ita triũphat, à nemine animaduersum inquiens, & recte quidem, quis enim cogitasset, in mentem hoc illi uenturum esse? Quanquam reputantibus apparet, si quæ gloria hæc est, non esse ipsius propriam, nam Oroscius hunc locum Galeni primus hic citauit, quem dum iste apud authorem ipsum quæreret anxius, forte fortuna in uocem hanc triumphalem incidit, quam subito arripuit, existimans se uicißim ita de Oroscio triumphare posse, & illi insultare, quod cum plenam uictoriam ante fores haberet, ea uti nescierit. Cæterũ hæc idcirco apposui lector, ut documento nobis sint, quàm nõ temere uetus scriptura sit immutanda. Eiusdem porrò generis cum illo hoc quoq; est, quod sequitur, uers. 20. μάλιστα δὲ ἁρμόσειεν αὐτοῖς. In Galeno ad Glauconem primo, unde sumpta hæc sunt, legimus, modo paulum diuerso, sic enim, μάλιστα οὖν ἁρμόσειεν αὐτοῖς ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς, ἐμβαλλομένου πεπέρεως ἢ καὶ ὑσσώπου. ποτὲ καὶ ὀριγάνου καὶ στάχυος νάρδου ἐμβαλὼν μελικράτῳ καὶ συναφεψῶν δίδοναι πίνειν. Auicenna tamen Prima 4. de Cura tertianæ non puræ cum Paulo consentit his uerbis, Et fortasse necesse est ut decoquatur in aqua hordei hyssopus, & origanum & calamentum, & spica secundum complexionem. Hæc admonens magis quàm castigãs, scribit Oroscius. Ego uero huc apposui, ut ostenderem cur non placere debeat nobis emendãdi modus, quo iste subinde utitur, transferens illico locum unius authoris in alterius librum, nullo iudicio, delectu nullo adhibito. Quod tamen antea magis fecit, nũc sibi temperat, ridens eos qui super hoc ipsum admonuerunt. Ecce uero locus alius, hisce non dißimilis.

uersu 38. εἴργειν αὐτοὺς τῶν ψυχόντων καὶ ὑγραινόντων ἐδεσμάτων. Admonent hic legendum esse pro ὑγραινόντων, ξηραινόντων. Et sanè ita postulare uidetur artis ratio. et idipsum cõfirmat uersio Leoniceni, nisi ab aliquo forte mu XXII

tata

Ad Glauc. 1. de Cura quartanarũ

tata fuerit illa. Adſtipulatur item Auicenna libro quarto de Cura quartanarum, ſic enim ait, Cibi uero calidi cum æqualitate, cum additione in humiditate ſunt iuuantes ualde, & alienetur omne frigidum & ſiccum. Aduerſus tamen hanc emendationem ſunt exemplaria Pauli omnia, & Galeni æditio uulgata, ſic enim habet, χοιρέων δ' εἴργειν αὐτοὺς κρεῶν, καὶ πάντων ὅσα γλίσχρα καὶ βραδύπορα, καὶ τῶν ψυχόντων καὶ ὑγραινόντων ἐδεσμάτων ἁπάντων. Et conſentit huic lectioni Aëtius libro quinto, cap. 64. uerbis iiſdem, χοιρέων δ' αὐτοὺς εἴργειν κρεῶν, καὶ πάντων ὅσα γλίσχρα καὶ βραδύπορα, καὶ τῶν ψυχόντων καὶ ὑγραινόντων ἐδεσμάτων πάντων. Quod ſic uertit Ioannes Baptiſta Montanus: à ſuillis carnibus abſtinendum eſt, & reliquis omnibus quæ uiſcida, tardiq; trãſitus ſunt, & edulijs omnibus quæ refrigerãt & humectant. ſic itidem nunc poſtremum Ianus Cornarius. prohibendæ ſunt, inquit, carnes porcinæ, & omnes uiſcoſæ, & tardi tranſitus: item frigida & humida edulia omnia. Miratur autem Andernacus, hũc à nobis præteritum, et non fuiſſe emendatum errorem tam manifeſtum, magis mirãdum eſt iſtum tam diu hoc ignoraſſe, & nõ pridem emendaſſe toties æditο Paulo. Admirabile uero ſupra omnia eſt, eum hic diſsimulaſſe tãtũ exemplariũ Pauli cõſenſum, deinde Galeni, poſtremum Aëtij, quem ſequuntur noſtræ ætatis cordatiſsimi interpretes. Cur hoc nobis non eſt uaticinatus Andernacus, unde is error ſcripturæ, in omnes omnium Græcorũ libros, tanto conſenſu irrepſerit? ſed ita fuit occupatus admirationibus ille, ut in mentem ipſi hoc non ueniret. uerſ. 40. δι' ἡμερῶν τινῶν, legit Oroſcius, pro τριῶν, adducens fidem exẽplaris. Confirmat inde lectionem hanc teſtimonio quoq; Oribaſij, libro ſexto, capite decimotertio, & Galeni ad Glauconem primo, καὶ δι' ἡμερῶν τινῶν τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων προσλαμβάνειν ἢ τοῦ διοσπολιτικοῦ φαρμάκου. Hæc ille. Sed hic rurſus iniuriam nobis facit Andernacus, et non recte triumphat. Primum enim caſtigationem hanc non inuenit ipſe, ſed prorſus antea præterijt. Quod ſane imperitiæ fuit, librum emendare neſciuiſſe, priuſquam ab Oroſcio erudiretur. Ingratitudinis uero eſt, non agnoſcere beneficium, nam eum conuicijs paſsim lacerat. Inſignis autẽ impudentiæ, quod non ueretur ſcriptis ſuis paſsim affingere mendacia. Ecce enim, cum in pagina 42. uerſu 4. ubi habetur, μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας emendandã deſumit ſibi lectionem Galeni libro ad Glauconem primo, ubi perperam ſit ſcriptum μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας, quamuis lectionẽ eam ſequutus quoque ſit Leonicenus, mihi tamen notam inurere uoluit, ſugillat enim me, quod locum in poſtrema Galeni æditione non mutarim, cum mihi demandatũ id non fuerit, ut teſtatur ampliter præfatio Ioachimi Camerarij. Et quãuis in manibus ego eam partem habuiſſem, tamen eandem lectionem ſequutus ante fuerat Nicolaus Leonicenus, & confirmat Aëtius lib. quinto, cap. 66. et ſequutus eſt in illius uerſione Io. Montanus. & ſententiã integram habet utraq; lectio. ſequitur enim πρὸ δὲ τῆς ἀκμῆς. Proinde ſi legas μετὰ, ſignificabit peracto morbi principio, per tempus augmenti, & ad ſtatum uſq; utendum oxymelite. ſin legamus κατὰ, ſignificabit per ipſius quoq; principij tempus talibus utendum eſſe. Quis autem decidet, utra ſit potior lectio? Non Andernacus, ſed ratiocinatio doctorum, experimento iuncta. Horum opinor nihil cogitat iſte. Sed & ſi dudum eum Galeni locum animaduertiſſet, maius periculum erat, ne hunc Pauli locum iuxta illius lectionem immutaret, quam ut nunc iubet, illum ex hoc loco corrigeret, nam idem in ſimilibus alijs fecit antea, & non tam odioſa fuit ei Galeni lectio, ut cœpit eſſe, poſtquam è Germania prodijt, cum præfatione Gemuſæi. Andernaci mendacium

& uerſu ultimo ubi legitur ψυχρότερα καὶ ὠμότερα καὶ ὑδατωδέστερα. rurſus addit interpres ex Galeno καὶ φλεγματωδέστερα, atqui eadem ratione addendũ erat ὑγρότερα, nam id quoque apud Galenum habetur. Cur autem nõ totum Galenum huc transferamus? Videntur ſtudioſe hæc à Paulo epitomen meditãti, omiſſa fuiſſe, & proinde à nobis abſque exemplarium fide non addenda. Locus eſt libro primo ad Glauconem, de Dignotione amphemerinæ. Sic pridẽ annotaueram, nam unus ex ijs locis hic eſt quos Andernacus è Galeno augmẽtabat. Nunc, ut uideo, deſtitit, nam dictionem hanc non amplius mutari iubet. Si itaque recte pridem admonuimus, quur hanc ſententiam paſsim ſugillat? ſin perperam ita conſulimus, quur mutata priſtina opinione ſua, id nunc ſequitur?

Pag. 42. uerſu primo, legendum, οὐδ' εἰς ἀ- XXIII
πυρεξίαν ἔρχονται, conſentiente utroque codice & Oroſcij & noſtro. Confirmat hoc Gale- pag. 200.
nus libro ad Glauconem ſecundo, & Oribaſius li uerſ. 44.
bro ſexto, cap. 14. οὐδ' εἰς ἀπυρεξίαν ἔρχονται. Et Auicenna Prima quarti cap. de ſignis febris phlegmaticæ, Et non eſt dimiſsio eius dimiſsio munda. uerſu duodecimo, ὅπερ ἐστὶ πολὺ μᾶλλον XXV
διὰ τὴν ἄμετρον ψύξιν. ita legunt exemplaria

omnia. Sententia est, τὸ φλέγμα διὰ ὑαλῶδες ῥαρὸ putrescere totum, ob immensam frigiditatem. Hæc & uera est, & Paulo digna. nam ut calor putrefactionem promouet, ita frigiditas eandem arcet. Andernacus nō rectè hunc locum mutasse uidetur, pro ψύξιν legens σῆψιν, tanquam dicat Paulus, Si tota hæc pituita putrescat, ob immēsam putrefactionem quotidianæ febris causam reddi. Quæ sententia neq; est uera, neq; omnino medicinalis, & proinde autore indigna. Nam si immensa putrefactio causa sit quotidianæ accessionis, tunc minor putrefactio causa fuerit, ut non singulis diebus accedant. Cur igitur Galenus aliam huiusce causam quærit tam anxie? Sed in naturam humoris hæc sunt referenda, qui aut à causa superiore, aut pro sua propria adfectione excitus, naturam quisq; suo tempore iuxtaq; ambitum suum lacessit, et ab eadem mox expulsus, putrefactionem subit, ut prior incipiat accessio quàm putrefactio. Siquidem rigor, horror, & frigus accessionum sunt partes & putrefactionem præcedunt. Quæstio est libro 2. περὶ πυρετῶν διαφορᾶς cap. ult. De febre Hepiala libro eodem, quo loco etiam frigidissimus hic humor appellatur omnium differentiarum pituitæ. ita etiam à Paulo hic initio capitis, adeoq; mox subiūgit διὰ τοιαύτην ἄμετρον ψύξιν σπανίως σήπεσθαι. Sed ingenuum est, quod palàm fatetur se rationem solam fuisse secutum, non codicem, nam ita cuiq; liberum relinquit iudiciū. Hæc pridem annotaueram, quibus ille, ut apparet, persuasus lectionem ueterem restituisse, tamen authoris sententiam nondum rectè exposuisse uidetur, sic enim habet eius codex, tanquam ob immensam frigiditatē suam hæc pituita febrem quotidianam

Error Andernaci nouus efficiat. Cum longe diuersa sit authoris sententia, nam ista, quia uehemēter frigida sit, ideo raro putrescat hæc pituita. Sic contrà, quæ calida sunt, accedente humiditate putrescūt facillime. Et cum omnibus artem rectè tractantibus hæc sint quàm manifestissima, non confirmanda duxi. Mirum est autem, toties refingentem sua nouis subinde labi

XXVII erroribus. uersu 39. pro συνεχῶν probabiliter admodum putant legendum συνόχων. Sic enim uocatur apud Galenum febris à sanguine. συνεχῶν aūt uocabulum, totum genus febrium continentium significat, etiam quæ à bile. Et confirmant emendationem quæ sequūtur apud Paulum.

XXVIII uersu 49. ξηρὰ καὶ τραχεῖα, legit Oroscius è codice uetere, confirmante idipsum Oribasio libro sexto, capite octauo, unde Palus ad uerbum hæc desumpsit. τοῖς καύσοις παρακολουθεῖ συμπτώματα, γλῶσσα μὲν ξηρὰ καὶ τραχεῖα καὶ μέλαινα. Hippocrates secundo de ratione uictus in morbis acutis de ardētium febrium signis, γίνεται δὲ ἡ γλῶσσα τραχεῖα καὶ ξηρὰ καὶ μελαίνη κάρτα. Et Galenus in Commentario, τὰ παρακολουθοῦντα τοῖς καύσοις ἐν τῷ δε τῷ λόγῳ δήλωσεν, ἃ δὴ τὸ συνεδρεύοντα καλοῦσι. ἐστὶ δὲ ταῦτα, γλῶσσα ξηρὰ καὶ τραχεῖα καὶ μέλαινα. Addit uero Oroscius, facilem esse lapsum scribentis ex τρ. in π. Andernacus significare uidetur, nostrum quoque codicem sic habuisse, quod ut minus credam in causa primum est conscientia meæ diligentiæ, in conferendo codice cum æditione priore & postmodum cum ijs quæ notauerat Oroscius. deinde quod in cæteris eum non pudeat quicquam falso affirmare, postremo, quod si sic res haberet, uoluisset de nobis triumphare magnificentius. Sed sit utcunque, hæc testimonia emendationi abunde satisfaciunt. qualibus ipse profecto suas castigationes communire non admodum solet.

Pagina 44. 12. ὃς δὴ καὶ μᾶλλον ἐστὶν ἐνίατος. prior lectio habebat ἀνίατος. id quia cum uerbis alijs & ratione multum uidebatur pugnare, emendaueram admoniturus super eo lectorem, mox in codice repertum fuit εὐίατος per ευ diphthongum, quæ lectio nō tam placet quàm alia. quando neutra est εὐίατος, sed ἐνίατος. utraque potest dici, magis autem ea quæ alterum humorem habet superantem, quàm ubi fuerint æquales. Mirum, ni fuerit scriptum ἐνίατος primum, deinde ab aliquo ignaro mutatum τὸ ε. εἰς α. habet autem τὸ, ἐνίατος eandem formam quam ἔνυλον & ἔνυδρον, & alia permulta. ut cunque tamen legas siue ἐνίατος siue εὐίατος, sententia erit priori lectioni contraria, & rationem habet uehementer sibi adstipulantem. Cum enim febres hemitritææ cōplicatæ sint è diuersis febrium & humorum putrescentium generibus, bilioso & pituitoso, triplicē eorum humorum complexionem fieri contingit, aut enim æqualiter sese habent, & faciunt hemitritæū ἀκριβῆ. Aut non æqualiter, sed alteruter excidit, & constituunt τὸν οὐκ ἀκριβῆ ἡμιτριταῖον. & hoc bifariam rursus, quatenus aut biliosus humor superat pituitosum, aut contrà. ὁ δὲ οὐκ ἀκριβὴς ἡμιτριταῖος ἤτοι τὸν χολώδη χυμὸν πλέονα κέκτηται ἤτοι τὸν φλεγματικόν. Curatio itaq; horū omnium mixta esse debet ex simplicium febrium curatione, ait enim ἐξ ἀμφοτέρων οὖν τῶν εἰρημένων χυμῶν συνισταμένου τοῦ ἡμιτριταίου πυρετοῦ, καὶ τὴν θεραπείαν μικτὸν εἶναι προσήκει. Sic enim Aëtius. Quibus insuper addit Paulus non

XXXIII

Aetius lib. 5. cap. 82

æqualem

æqualem difficultatem habere omnium curationem. Vbi enim alteruter humorum superauerit alterum, curatio minus est operosa, quatenus artis auxilia, ab humore superante adiuta, facilius superabunt alterum, quo facto, transitus fit ad febrem simplicem, quando curatio erit non paulo leuior. Id igitur est quod Paulus ait, ἑτοίμως διαμένον τοῦ ἥττονος νικᾶσθαι χυμοῦ, ὑπό τε τοῦ πλείονος ὑπερκρατείας καὶ τῆς ἐκ τῆς τέχνης ὠφελείας. Et talia contingunt ἐπὶ τοῦ μὴ ἀκριβοῦς ἡμιτριταίου. καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐνίοτε δεῖ ὁ τοιοῦτος πυρετὸς τοῦ ἑτέρου τοῦ ἀκριβοῦς ἡμιτριταίου λεγομένου. in isto enim uterque humor æquales habet uires, quare difficilior curatio est, quæ tum ab artis auxilio pendet tota, neque alterum humorem habet adminiculantem, & exquisita opus est mensura per quam utrique pariter humori resistas. δεῖ γ᾽ οὖν ἥττον ἐνίοτε ὁ τοιοῦτος ὁ ἀκριβὴς λεγόμενος ἡμιτριταῖος. Rationem hanc admodũ confirmant uerba Pauli, quæ omnino nihil aliud sonant, quàm id quod propositum à nobis hic fuit. Verum Andernacus maluit falsam lectionem retinere, & in errore manere, quàm ueteris codicis fidem sequendo uerus esse. non animaduertens qualiter authoris uerba contra sese ipsa depugnent, iuxta uersionem quam ipse tradidit, sic enim: Non exquisita uero, uel bilem largiorem, uel pituitam causatur, quæ iam magis etiam curationi renititur, cum modicus humor à copiosioris dominio artisq; auxilio expedite uinci possit. sic ille. Audi uero nunc quod nos dicimus: Nõ exquisita uero, uel bilẽ habet largiorem uel pituitam, & curationi minus renititur, cum modicus humor à copiosioris dominio, accedente insuper artis auxilio, expedite uinci possit. Hæc enim quasi ratio quædam est, cur minus renitatur curationi, & pugnat cum eo quod ipse uertit, curationi eam reniti magis quàm alia. Emendabis igitur uersionem eius, aut expectabis aliam.

Andernaci error notus, repetitus

XXXIIII uersu uigesimotertio, τοῦ τὰ μὲν οὖν συνεχῶς εἴωθε συμπίπτειν. Videtur uelle frequentius ex euaporatione lacuum uel paludum æstatis tempore principium putredinis fieri, quàm ex ijs quæ sequuntur. & uidebitur adstipulari locus Galeni libro primo de differentijs febriũ, capite quarto, proinde magis placet hæc lectio, quanquã Andernacus ex Oribasio legat οὐ pro οὖν. Sic annotaueram prius lector, modeste opinor & recte. Et bone Deus quantum mihi bellum excitaui his uerbis. nam Andernacus magnis me tonitruis & mendacijs hic oppugnare est aggressus. Et primum omnium commentorum suorum marginibus affixit, Castigandus Græcus, priusquam rationes eius auditæ essent, tam grauiter pronuncians. nisi forte intelligendũ sit, hoc tanq̃ problema more Aristotelico præmitti, cuius ostẽsio mox sit nobis expectanda. Ergo inter alia sic rursus orditur: Gemusæus uituperãdi studio damnat hanc meã lectionẽ, nullã adferẽs uel authoritatẽ uel rationẽ. Sic ait, inde ad reliqua pergit. Vbi statim initio disputationis mendaciũ apponit, affirmans nullã me adduxisse authoritatẽ. An non erat authoritas, locus Galeni. 1. de Differentijs febriũ, capite quarto, in quo uno Galeni loco habetur disputatio huius rei totius, alibi nusquam, ἢ οὐχὶ προηγουμένως? & è quo hoc caput Pauli traductum esse totum apparet? Ecce autem magnam disputationem cõtra me instituit, & sese armat tum ratione, tum authoritate. sic enim promittit se facturum. Authoritas est è loco Oribasij, quem corruptum illic esse non dubito. non animaduertit ille, quod ipse unum solum habeat Oribasium, nos plura Pauli exemplaria quæ consentiunt in uoce οὖν. Rationes uero ipsius quales sunt? adeò inepte concinnatæ, ut per Deos immortales pudor sit, hominem in academia Parisiensi tam diu uersatum, pulcherrimis authorum sententijs & propositionibus tam inconcinne abuti, atq; adeò ἀπροσδιονύσως ad problematum propositorum demonstrationem adhibere, & longe ineptius inde colligere. Emoriar subito, si quicquam conuincunt uniuersa ea quæ ipse attulit. Verum quoniam infinitum prope fuerit eius disputationis ineptam structuram singillatim persequi, ego hic ostendam breuibus quomodo hunc locum adoriri conueniebat ratione uolentem tractare, quo pacto proponẽda quæstio, qualiter sit partienda, quoq; modo è locis suis demonstranda sit. Inde ostendam, quod non sim absque ulla authoritate pridem loquutus, quemadmodum ille falso mihi tribuit, quod miror tam impudenter ausum fuisse, cum libri in manibus habeantur omnium, omnia in publico, nihil intra parietes sit gestum. Sic itaque proponenda & diuidenda illi fuerat quæstio hæc, uolenti suam lectionem ratione, ut ait, confirmare. Morbi populares omnes è causa communi pendent, & si hoc habeant solum ἐπιδημικοὶ tantum, sin plures etiam commoriantur inde, pestilentes quoque appellantur. Et de postremo genere hic est disceptatio, quod & è causa scilicet communi pendet, & plures ægrotantes interimit. Causæ uero communes sunt, cibus, potus, aër, super quibus orta dubitatio est. Cum igitur fit ab aëre, difficilius uitari potest, q̃ dum à reliquis causis, inq̃t Galenus, quia in aëre uersamur,

Andernac. falso emendat rursus, & mentiri pergit

6. epidemi.

eoq; utimur necessario. Et hæc ratio Galeni contra nos nihil facit, ut putabat ille. Cæterum ab aëre bifariam cõtingunt pestilentes morbi, aut enim putrescente, aut ob nimium simplicis qualitatis excessum, putredo contigit illi uarie, uel è cadauerum multitudine non crematorum, uel lacuum aut paludum euaporatione, aut alio cõsimili quopiam principio. Simplicis qualitatis uehemens excessus, è superiorum corporum latione constitutioneue maxime pendere uidetur. Quæstionẽ igitur habet, cum bifariam pestem gignat aër, aut ob putredinosam alterius substantiæ naturam sibi admixtam, aut ob uehementem tantum qualitatis excessum, utrum ex hisce cõtingat frequentius. Et apparet illud frequentius esse, raroq; fieri qualitatis alicuius uelut siccitatis aut frigiditatis tam immoderatũ excessum, ut pestilentem flatum efficere possit. Et hoc ipsum scholæ medicorum sequuntur communiter. Talem igitur quæstionis huius partitionem facere conueniebat Andernacum, priusquam demonstrationes suas aggrederetur. Verum quia ille sine authoritate nos contendisse falso affirmat, quamuis abunde satis foret ipsos locos tantum indicare, sed cum id antea quoq; fecerimus, et ipse tamen factũ à nobis non esse mentiatur, apponamus ipsam dictionem authorum totam. Galenus igitur de Causis huius febris loquens, sic ait. ὡς τὰ πολλὰ δὲ ἐκ τῆς εἰσπνοῆς ἄρχεται τοῦ πέριξ ἀέρος, ὑπὸ σηπεδονώδους ἀναθυμιάσεως μιανθέντος. ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς σηπεδόνος ἤτοι πλῆθος τι νεκρῶν οὐκ ἐν μὴ καυθέντων, ὡς ἐν πολέμῳ εἴωθε συμπίπτειν, ἢ ἐκ τελμάτων τινῶν, ἢ λιμνῶν ἀναθυμίασις ὥρᾳ θέρους. Sic Galenus, & lectionem hanc sequutus est Leonicenus, hoc pacto. Magna autem ex parte ex inspiratione incipit aëris circumstantis à putrescibili euaporatione uitiati. Putredinis autem principium, uel cadauerum multitudine non crematorum, quemadmodum in prælijs contingere solet, aut ex aliquorum uel lacuum uel paludum æstatis tempore euaporatione. Audiamus nũc, an nõ idipsum sit quod scribit Paulus. Sic enim, ἐπὶ χωρίων δὲ φύσεις κοινὰ νοσήματα ΠΟΛΛΑΚΙΣ ἐπιλώγευκαν, ἐνίοτε μὲν ἑλωδῶν, ἐνίοτε δὲ ἐχόντων βάραθρον παρακείμενον, ἀναθυμίασιν δηλητηριώδη καὶ πονηρὰν ἀναπέμπον. ταῦτα μὲν οὖν συνεχῶς εἴωθε συμπίπτειν. Vides hic lector eadem uerba Pauli & Galeni, dempto solo, quod enumerationem causarũ præmittit Paulus, subiungit postmodum sæpe usu uenire tales causas, ταῦτα, inquiens, συνεχῶς συμπίπτειν. Galenus aũt problema præponit, magna ex parte ita fieri inquiẽs, ὡς τὰ πολλὰ, enim inquit. His igitur uim inferre conatur Andernacus, affirmationem in negationem mutans, tanquam raro contingant: nec aduertens quod paulo ante præcessit, τὸ, πολλάκις, id est sæpe. quod ipsum quoq; mutari oportebat, in οὐ πολλάκις. πῶς γὰρ πολλάκις ἐπιλώγευκαν, εἰ οὐ συνεχῶς συμπίπτουσι? Possum adferre alia multa, sed addam solum locum Aëtij, qui eandem sententiam nostram luculentissimo testimonio uerbis prope iisdem confirmat inquiens, καὶ χωρίων δὲ φύσις κοινὰ νοσήματα ἐπιλώγευκε, τοῦ εἰσπνεομένου ἀέρος ὑπὸ σηπεδονώδους ἀναθυμιάσεως μιανθέντος. ἡ δὲ αἰτία τῆς τοιαύτης σηπεδονώδους ἀναθυμιάσεως, ἤτοι πλῆθος νεκρῶν οὐκ ἐν, ὡς ἐν πολέμοις γίνεται, ἢ ἐκ τελμάτων τινῶν ἢ λιμνῶν, ἢ βαράθρου τινὸς παρακειμένου καὶ ἀναθυμίασιν δηλητηριώδη καὶ πονηρὰν ἀναπέμποντος. ταῦτα μὲν οὖν συνεχῶς εἴωθε συμπίπτειν. Quam lectionem sic conuertit nobis Ianus Cornarius: sed & regionis natura sæpe communes morbos inuexit, aëre quem inspiramus à putredinosa euaporatiõe inquinato. Causa uero talis putredinosæ euaporationis aut mortuorum multitudo est, uelut in bellis cõtingere solet: aut paludes quædã, aut stagna, aut barathrum aliquod profundũ in propinquo uenenosam ac prauam exhalationem remittunt. Hæc igitur assidue contigere solent. Lectionem eandem sequutus est Io. Baptista Montanus, sic enim uertit, Qualia euenire frequenter solent. Non solum itaq; exemplaria Pauli omnia quæ & mihi & isti uidere contigit, affirmationẽ habent, sed et Galeni codices et quem nos habemus, & quem habuit Leonicenus, & codex Aetij impressus, & quos sequuti sunt interpretes. Hunc tantum consensum authorum, ille unius uitiose scripti Oribasij, (quis enim ambigat?) authoritatem obijcere ausus est, putans scilicet se cornicum oculos cõfigere sic posse. Iudicet nunc lector, uter nostrum sine authoritate loquatur magis. Sed forte rationes ipsius aduersus hæc tantopere cõcludunt, tales enim sese adducturum esse, magnifice promittit. Redeamus itaque ad illas paulisper, easq; examinemus. Cũ, ut dixi, duo sint, diuersa problemata: alterum, an aër sæpius pestilentis causa sit flatus, quàm reliquæ cõmunes causæ, an contra potius sit. Alterum uero, utro modo sæpius pestẽ efficiat aër, uitio'ue putredinosæ cuiuspiam naturæ admixtæ illi, & eum corrumpentis, an uehemente qualitatum excessu, uelut ob siccitatem nimiam aut frigiditatem, aut utcunque aliter. de qua quæstione inter nos agebatur. Hic iste rationes suas omnes ad priorem quæstionem adducit

Auicen. Pri ma quart. cap. primo

Ad Glauc. 1. cap. 4.

li. 5. ca. 94.

adducit, ostendens quod aër sæpius & prolixius pestem gignat, quàm reliquæ communes causæ. Sed alterum non ostendit, quod frequentius hoc quàm illo modo affectus aër, id agat, uelut ob magnum qualitatis excessum frequentius quàm ob putredinosam aliquam affectionē alteratus. Quod enim primum è Galeno adducit, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐδεσμάτων ἢ πομάτων σπάνια ἐστί. *Epidemion primo* Et quod deinde ex ipso hoc authore astruit, qui conferens aërem cum causis reliquis supra nominatis, raro nos in illas omnes simul incidere pronunciet, cum aëris usum effugere nequeamus, ad priorem quæstionem pertinent omnia: ostendūt enim pestem, frequētius ex aëre, quàm è causis reliquis contingere. non ad secundam, quod sæpius hoc quàm illo modo uitiatus aër pestem efficiat. Postremum uero addit, quia aëris remedia solū enumeret Paulus, ergo Petrus currit, & Sortes est animal. neq; hoc, inquam, ad confirmationem eius facit, quod controuertebatur, excessum qualitatum, uelut frigidi aut sicci sæpius pestem parere, quàm alteram aëris affectionē. Et ut Pauli sententia hic non fuerit, ista rarius fieri (id enim non multum moror) tamen aduersus quoq; hæc nihil pronunciat, unde scripturam mutandam esse constet. quæ prima nostra disceptatio est. Non igitur quicquam interest, quid Paulus in sequentibus instituat. Quando tamen semel ita significaueram, ostendere uolui hoc quoq; probabiliter affirmari posse, et non esse maledicum qui id defendat, nisi maledicentia sit, eorum quæ uera sunt, aut uehementer probabilia sunt, defensionem suscipere. Tales itaque sunt illius rationes illæ tam magnificæ, tam triumphales, de quibus iste gloriabatur. Miratus sum sæpe mecum, quenquam esse cerebro tam stupido, ut adeò ineptas cogitationes suas in medium adferre nō uereatur. Sed nondum finiuit tamen iste, nam hisce omnibus superaddit πόρισμα, uelut solent Mathematici, qui ex recte demonstratis corollaria deducūt: sic inquit, VIDE LECTOR, QVID FACIAT PROCLIVIS HOMINVM QVORVNDAM AD MALEDICENDVM NATVRA? Non definiens hic quid sit maledicere, sic enim facere debebat, qui tam peregrinā huius uocis significationem in grammaticā introducere primus cœpit. Non enim inter cæteros mortales maledicus dictus est hactenus, qui iustis rationibus persuasus, ab alterius opinione dissentiat absque conuicijs, absque immodestia ulla, ut ego feceram. Sed maledicos potius appellant eos, qui sycophanticen exercent, ut facit iste: poteram igitur ego uicissim aduersus illum ita pronunciare, Ioannes Andernacus, mendaciorum & calumniarum magister impudentissimus, per imperitiam & arrogantiam, bonorum authorum libros corrumpere absque ratione, absque modo ullo pergit, & qui eum admonuerint, aut ab eo dissenserint, audet pronunciare natura maledicos esse. *Andernacus natura malignus et impudens* Mirum non est, scholam Parisiensium, tale ingeniorum portentum diutius ferre non potuisse.

Pag. 45. uersu 15. ἐν ὄγκῳ τε μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἐστίν. in Galen. 12. Methodi, inquit Oroscius, legitur. ἐν ὄγκῳ τε μείζονι τοῦ κατὰ φύσιν ὅλον τὸ σῶμα ἐστί. Oribasius libro sexto, cap. 26. lectioni Pauli suffragatur. Vtrum rectius sit, arbitrij ius esto. Sic Oroscius. Andernacus uero, illico authoritatem hic interponens suam, contra Oribasium pronūciat. sic enim annotauit: ego censeo legendum esse cum Galeno. uidetur statim oblitus beneficij ab illo nuper accepti. XXXV Versu 19. emendat lectionē Oroscius è uetere codice, hoc pacto. ἀλλ' οὔτε φλεβοτομίαν οὔτε κάθαρσιν φέρουσιν, εἴγε καὶ χωρὶς τούτων ἐξαίφνης συγκόπτονται, id est, neque missionem sanguinis, neq; purgationem sustinent, utpote quibus sine his euacuationibus syncope solet incidere. Quam lectionē ad uerbum habet Galenus loco præallegato. Andernacus cum huius loci annotatiunculam roborare posset ueteris exemplaris fidē quā adduxit Oroscius, maluit hoc dissimulare, & apertum mendacium subdere: Sic enim ait, præterijt Oroscius. *Andernacus mentiri pergit*

Pag. 46. uersu decimotertio sic legitur, πονώδεις δὲ καὶ ναρκώδεις ὑποφέρει τοὺς πόνους, ὁ ὑπὸ τῷ δέρματι τεταμένος ὑμήν. ὁ δὲ μεταξὺ τῆς σαρκός, οἷον διασπωμένης. ut sit sensus, quæ inter carnem est membrana sensum inferre, quo diuelli caro uidetur. XXXIX Et est locus integer, et consentiunt Pauli exemplaria. Andernacus more suo calūniæ materiē quærens, duplicē emendationē è proprio rursus cerebro huc attulit. *Andernacus impudēter emēdat rursus* Primū enim apponit dictioni μὲν post ὁ, ut sit ὁ μὲν ὑπὸ, & respōdeat sequenti δὲ. Altera emendatio est, qua putat legendum διασπωμένους, nimirum ut referatur ad πόνους, id est dolores, et sit uox διασπωμένους media, significās actiuè: contra quam τὸ, ἀμέλξασθαι, quod supra passiuam significationem illi habere uidebatur sub uoce media. Demiror, quando ei è cerebro suo rursus affingere quippiam huic scripturæ collibuit, quur non metamorphosin fecerit potius uocis διασπωμένης, in διασπῶντας actiuam quoque uocem. Sed quàm utraque emendatio minime sit necessaria, & quàm

& quàm prior illa importuna quoq; sit, & quàm sint friuolæ ipsius rationes quas huc adducit, ab ijs audiat qui eum scabunt, & quos scabit uicißim illle. Nostram lectionem absq; adiectione μὲν, habet etiam Aëtius lib. 5. cap. 100. ὁ δὲ τῷ δέρματι παντὶ ὑποτεταμένος ὑμὴν, ὀδυνώδεις καὶ ναρκώδεις ἐπιφέρει τοὺς πόνους. οἱ δὲ μεταξὺ τῆς σαρκὸς, οἷον διασπῶντες. Quod igitur ille habet οἷον διασπῶντες, id est, uelut diuellentes dolores: Paulus noster in uocem ac significationem paßiuam mutasse uidetur, sententia tamen nõ mutata, ut sit sensus, ὁ μεταξὺ τῆς σαρκὸς ὑμὴν, πόνους ἐπιφέρει οἷον διασπωμένης, scilicet αὐτῆς τῆς σαρκός. dolores infert, quibus diuelli caro uidetur. Galenus de Locis affectis 2. ὁ μὲν οὖν ὑπὸ τῷ δέρματι τεταμένος ὑμὴν, ὁ καὶ συναποδαιρόμενος αὐτῷ ὀδυνώδης τε καὶ ναρκώδης ἐπιφέρει. οἱ δὲ μεταξὺ τῆς σαρκὸς, οἷον διασπῶντες. E quo loco mirum est, cur non mutarit, ut dixi, Andernacus τὸ, διασπωμένης unà cum actiua significatione in διασπῶντες uocem quoque actiuam, sed uoluit ueterem scripturam, quantum posset seruare, & potius uim aliquam grammaticæ inferendam cogitauit, quàm totam scripturam esse mutandam, id enim non nisi coactus facit scilicet, & proinde lubẽter suspicari solet in locis authorum aliquid desiderari, ut habeat quod corrigat. Atq; adeo mirum est, cur nõ hic quoq; aliquid imaginetur deesse, & apponi loco è Galeno iubeat, id, ὁ καὶ συναποδαιρόμενος αὐτῷ. Quæstionem etiam habere dignam uidetur, cur suũ μὲν non ad initium potius orationis locari præceperit, & adiecerit illi οὖν, ut sit, ὁ μὲν οὖν, sic enim habet Galenus, è quo istud μὲν huc est traductum. Maxime uero admirabile illud est, cum & præcedant hic paßim, & sequantur uoculæ δὲ, cur reliquas negligat, neq; ijs manus suas porrigat auxiliatrices, suum cuiq; μὲν singillatim apponẽs. Sic enim, quam nusquam non quærere solet, magnam emendandi materiem haberet, & plurima præterijssent Aristarchi. uers. 26. προσλιπαροῦντες ἐπ' αὐτῶν μᾶλλον. quo loco magis placet Oroscio Galeni lectio, 12. methodi, à quo hæc omnia, quod & nitidior & castior eße uideatur. ubi habetur προσβοηθοῦντες. Sic enim. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς διὰ φυσῶδες πνεῦμα γινομένας ὀδύνας ἰασόμεθα, προσβοηθοῦντες ἐπ' αὐτῶν μᾶλλον τοῖς λεπτύνουσιν ἐδέσμασι, cõfirmante id Oribasio lib. 6. cap. 29. Miratur Andernacus, cur non hanc lectionem antea sequutus fuerim à se tum annotatam. Aio, quod parum idoneus huius consilij author mihi uisus sit, qui toties aberraret. quare putaui aliũ mihi expectandũ esse. Deinde quia putabam fortasse scriptum à Paulo fuisse, παρηγοροῦντες, quæ uox & scripturæ codicum propinquior esse καὶ τὴν σημασίαν ἔχειν μᾶλλον ἀκριβῆ uidebatur, quando in doloribus medicandis utũtur hac uoce sæpenumero authores. nolui tamen id promulgare, cum nullam certiorem fidem adferre possem. uers. 30. ἢ μᾶλλον τὸ χλωρὸν τοῦ ξηροῦ. anethum dolores sedat, sed magis quod uiride est quàm quod siccũ. Hunc quoq; locum emendauit nobis Andernacus, annotans legendum ξηροῦ per η, non per υ. forte quia hoc nihil significet. uers. 37. ἀπὸ γῆς legit Oroscius è uetere codice, ἀπὸ πηγῆς ψυχροτάτης, è fonte frigidißimo. Adstipulante lectioni ipso Oribasio lib. 6. ca. 40. Noluit Andernacus nos celare, quæ sua hic sit sententia, adnotauit enim existimare se, Oroscium, nisi codicem suum inspexisset & Oribasium, hunc locum restituturum non fuisse, & quod exemplaria quæ sibi uidere contigerit, omnia habuerint γῆς pro πηγῆς. Ita se excusans opinor, ne ægreferat lector, quod hunc locum non pridem annotarit, ac si alios prius recte docuißet omnes, & non ab hoc ipso Oroscio aliorum quoq; locorum castigationem discat, quæ inuentionem habent artificiosam & fide dignam. Sed condonandum est illi, modo cæteris idem ius non inuideat, & ea uelit per cõtumeliam exigere quæ ab exemplaribus tantum recte petuntur. Id uero ridiculum eße supra modum uidetur, quod priori lectioni patrocinari cupit hic, (quod facere conueniebat, si non extaret melior scriptura) ita uero inquit, Quanquam aqua ex terra intelligi poßit, etiam aqua ex fonte. quo loco. si id solum putat, intelligi ita poße scripturam, quorsum hoc ait? Sin putat, concinniorẽ ita fore lectionem, aut à Paulo forte sic fuiße scriptam, absurdum putat, additur enim ψυχροτάτης. Quis uero unquã dixit è terra frigidißima, id est, è fonte frigidißimo? Quorsum uero attinet schematismos affingere, cũ liceat uti simplici oratione? Sic ille præ multa inscitia, ipsas quoq; elementorum appellationes turbare aggreditur. Vers. 42. pro ἡμῦσαι. XLI
legit Oroscius è uetere codice εἰ μύσειεν, confirmante hanc sentẽtiam Oribasio lib. 6. capite 33. ubi legitur εἰ μύσειεν. Hunc locum adnotans Andernacus, admonet ex Oroscio id se nũc primum didiciße, tanquam alia non paßim ab eo desumpserit, pleraq; furtim dißimulans, quædam etiam palàm sibiipsi falso adscribẽs. Recte erat εἰ μύσαι.

Pag. 47. uer. 4. pro καρποβαλσάμου λιτ. legit Oroscius è codice suo unciam unam. Ver-

Mutuum hamuli

Hic Andernacus correctior est

XL

Andernacus

Andernacus

Alij putarunt ∠α

su nono

su nono, post ξαλχεως puncto apposito, ita lege
ὑπομενούσης τῆς νόσου, καὶ φαρμακα ἐν ἀνέσει
τῶν παροξυσμῶν προσαγέσθω. id est, perseueran
te morbo, in intermißionibus paroxismorũ ad ster
nutamenta accedemus. Aëtius sic habet, ὑπομε-
νούσης δὲ τῆς νόσου, καὶ φαρμακα ἐν ἀνέσει τῶν
παροξυσμῶν προσαγέσθω. Existimauit autem
Andernacus temerarius Andernacus, hic quoq; adijciendum δὲ. quia ini-
tium sit nouæ sententiæ, ut legamus ὑπομενούσης
δὲ. Et si istud ita obseruauit author ubiq;, mirũ est
in exemplaribus omnibus, & in locis tam uarijs,
(nam non multo post consimilis emendatio seque-
tur) magno scribentiũ consensu isthæc fuisse paſ-
sim omissa, ita ut ne in uno quidem loco, aut uno in
codice reperiãtur. non enim adducit ueterem scri-
pturam ille, ἀλλὰ τὸ αὐτὸς ἔφην. Non dicerem
hæc lector, nisi me sugillaret paßim, quod ipse nõ
fecerim ista pridem quæ ego putaui mihi non lice-
re, nisi proprium opus conscriberem. & uer-
XLIIII su 37. legendum, εἰ δὲ φλεγμονῶδές τι περὶ τὰ
σπλάγχνα φαίνοιτο. ubi admonent legẽdum eſ-
se, εἰ δὲ φλεγματῶδές τι περὶ τὰ σπλάγχνα.
putantes se Paulum ita emendasse.

XLVIII Pag. 49. uers. 1. legit Oroscius è uetere co-
dice ψηλαφία τῶν ἀκρῶν μορῶν pro μυῶν. Et
confirmat lectionem hanc ex Auic. Prima quart.
t. ij. cap. 23. Et premantur, inquit, eorum extre-
Andernacus ma. Adnotauit Andernacus Oroscium hoc debe-
re suo exemplari, nam quæcunq; sibi uidere conti-
gerit habuisse μυῶν, excusans nimirum prioris
uersionis suæ errorem. Sed quod sibi ius hic con-
stituit ille, cur nobis adimit paßim, nusquam non
carpens me ubicunq; Oroscius, meliore codice u-
sus, locum aliquem restituit, tanquam mihi per so-
mnia in mentem ea uenire potuerint. Non enim de
ijs dico, qualia nobis gignit subinde, affingens sem
per aliquid dictioni è suo cerebro, μὲν, δὲ, οὖν, er
go, ideo, igitur, id enim quiuis potest. De ijs loquor
quæ inuentionem habent admodũ grauem, et abſ-
que fide codicũ tutò et fideliter præstari nequeũt,
qualia permulta ille è suis codicibus reperit. Non
pauca uero nos quoq; æditioni nostræ, è ueteribus
exemplaribus adiecimus, quæ iste nusquam com-
mendat: paßim carpit, ubi nos ueteris scripturæ te-
stimonia destituit. Videtur mihi hoc improbißimũ
factum esse, & sycophanta dignum: non hominis
XLIX literati esse officium. & uer. 10. uidetur legen-
dum ἃ τοὺς βιαίους χυμοὺς ἤτοι γε διὰ ἐμέτων
ἀπέῤῥυψαν τε, ἢ διὰ τῆς κάτω κοιλίας ἐκκεί-
νειν πέφυκεν, & uersu quoq; 43. ξύσμα, qui
Andernacus sollici bus duobus in locis emendauit nobis Andernacen
sis lima τὸ ἰῶτα εἰς ὑψιλόν. Sed excusant, quia

non parum ad sententiã faciat. Quid autem ad sen *tus de rebus exiguis, quæ artis propria sunt, nõ attingit*
tentiã faciebãt alia, τὸ ω, τὸ η, & eiusmodi mul-
ta, in quibus tamen adeò occupatus est iste, ut eo-
rum quæ difficilem aliquam artis inuentionem ha-
bent, & cõmentatoris propria erat materia, nuſ-
quam attingat, et si quis eum uocaret correctorẽ,
putet sibi factam magnam contumeliam esse.

uers. 24. Commentatus est itidem Anderna-
cus legendum hic esse χρείας pro χοίας, mutan
do οι diphthongum in ει diphthongum. &
uer. 53. legit Oroscius è uetere exemplari, μαλ-
κρᾶν δίψαν. sensu magis (inquit) accommoda-
to. Confirmat lectionem testimonio Oribasij li-
bro sexto, cap. 37.

Pag. 50. uer. 3. pro ποιοτήτων legendũ sa-
nè uidetur πομάτων. sensu longe accommoda-
tiore. quod nescio quis Andernacẽsi quoq; nostro
dixerit tandem. lectionem probabilem facit, quod
sequitur, σιτίων. uersu 32. legendum admo- LIIII
nuit Oroscius è codice uetere ἀναπεπομένον,
sublato μ. id est imbibito. Et lectionem hanc se-
quitur codex quoque Ruellij quo nos usi sumus.
Cæterum locum hunc ex Oroscio emendans An
dernacus, nomen eius subticuit, occupatus nimirũ
in loci ipsius cõmentatione, nam ad grammaticam
usq; sese demittit hic, ὁ μέγας ἀρχίατρος ἐκεῖ-
νος. Ostendit enim τὸ ἀναπεπομένον, deriuari ab
ἀναπίνομαι, quod habeat in præterito ἀναπέ-
πωμαι, quod illi perperam omisisse & non anno
tasse uisus est Oroscius. Quod si priusquam scri- *Andernaci error ridiculus supra lib. 1. ca. 4.*
beret cõmentaria illa sua, iste tam bene declinaſ-
set τὸ ἀμέλγω, quod futurum eius sit ἀμέλξω,
indefinitum primum ἤμελξα, huius participium
masculinum ἀμέλξας, fœmininũ ἀμέλξασα,
à quo deformetur accusatiuus fœmininus ἀμέλ-
ξασαν, sicut τὴν τύψασαν, τὴν μοῦσαν, ut sit
constructio, δεῖ τὴν τίτθην προαμέλξασαν τὸ
γάλα, construendum enim cum accusatiuo fœ-
minino istud participium, uelut mox, τὸ τεκμαι-
ρομένην, τὸ, προσεμβάλλουσαν, τὸ, χρωμένην
quæ ipsa quoq; ad τίτθην referãtur: Si hoc cogi
tasset, inquã, non commisisset tam pudendum erra
tum in grammatica, neq; enim annotasset, προα-
μέλξασαν esse medium paßiuè sumptum, nam id
erat προαμελξάμενον γάλα. Sed putat ille for
te se non esse doctorem in grammatica, sed in me-
dicina, & hanc artem esse supra grammaticam. ta
men hic agere uoluit grammaticum.

Pag. 51. uer. 2. legendum hic ex Oroscij co- LVI
dice, etiam nostro adstipulante ἢ νίτρον ἐν μελι-
κράτῳ. Cõsentit lectio Oribasij lib. 6. ca. 42.
& uer. 25. lege ἢ μάννα ἐν οἴνῳ φυραθεῖσα,

ἐναντίως / ἐναντίως / calumnia / μάννη / μαίνη / par pari

expuncto ἰῶτα subscripto, id est aut manna uino macerata, est enim error typographicus, quod ostendit uox φυραθεῖσα, accentu & elemento ultimo. quo loco admonet magnus ille commentarius legendum, ἢ μαίνη ἐν οἴνῳ, &c. cuius lectionis sententiam non assequor. Videtur esse μαινομένου.

E LIBRO TERTIO ANNOTATA.

Cap.1 Pag.53. uersu quinto, ubi legitur σχήματι μόνον διαφέρουσαι τῶν ἄλλων. Oroscius quia ipsius quoque exemplar hanc lectionem sequebatur, coniecturam adfert, legendum esse ἀλλήλων pro ἄλλων. Andernacus ad ingenium hic redit suum, nam tacito nomine Oroscij, quem non multo ante grauiter increpauerat, emendationẽ hanc suis commentarijs assuit, sed pueriliter admodum, ut uideatur eius mentem non intellexisse, ait enim legi oportere, σχήματι μόνον διαφέρουσαι τῶν ἀλλήλων, quo quid est ineptius? quid enim hic faciat istud, τῶν? & quid referat τὸ, διαφέρουσαι? Sic itaque magis restituendus fuerit locus, σχήματι μόνον διαφέρουσαι ἀλλήλων. Ita ferè Aëtius, libro sexto, capite 55. ὀνόματα δ' ἐσχηκυῖαι διαφέροντα παρὰ τὸ σχῆμα. Sic itidem Galenus τῶν κατὰ τόπους libro primo, capite primo.

Andernacus

Sed & qui mox sequitur locus, concinnius hoc pacto emendari posse uidetur. ὅτι παραπλήσιον ὄψει τὸ βεβλαμμένον φαίνεται μόριον κατὰ τὰς ὀφθαλσεις, Sic enim habent Galenus & Aëtius, παραπλήσιον γὰρ ὄψει τὸ βεβλαμμένον μέρος τῆς κεφαλῆς φαίνεται κατὰ τὰς ὀφθαλσεις. Sed hæc coniectura est, nõ fides exemplaris, quo magis pudor est Andernacum rursus insultare nobis, quod bonis exemplaribus usi hunc locum non restituerimus, quum ipse nullam fidem codicum adferat, neq; hoc in loco, neq; alibi passim, multa uero temere mutat, quæ postea ipsum refingere oportet, multa exiliter, alia inepte, quædam etiam falso commentatur, in nullum transformandi genus non quàm promptissimus. Et magis adhuc mirum est, cum nihil nobis hic adinuenisse, sed ab Oroscio citatos Galeni locos quæsiuisse, & in mentem ei forte fortuna tum uenisse appareat, decerpi aliquid inde posse ad explendam hanc dictionem: cur inter cætera nõ apponi huc è Galeno præceperit (nam de Aëtio non cogitasse opinor) τῆς κεφαλῆς, ut sit lectio ὅτι παραπλήσιον ὄψει τὸ βεβλαμμένον φαίνεται μόριον τῆς κεφαλῆς, ne quis per imprudentiam forte lector existimet, calcibus agnasci consuesse id morbi genus. Nam supra de uomentibus talem sollicitudinem habuit, metuẽs ijs ne per imprudentiam semper uomere uellent, & nunquam cessare, nisi ex Oribasio aliquid apposuisset, quo eos commonefaceret, cessandum esse à uomitu quandoq;, & edendum, bibendum ac dormiendum esse, aliaq; obeunda negotia, non uomendum perpetuò.

Pag. 54. uersu quarto, διὰ τῆς ἀλόης καταπότια. Hic Andernacus supra modum diligens est, dum sollicite adnotauit, quæcunq; è loco suo apud Galenum petere cuiuis licebat: Docet enim quantum hæ pilulæ accipiant cucurbitæ syluestris, quantum aloës & scãmonij, & quod Galenus admiscere solitus fuerit absinthij succum, et quod antea quoque mastichen chiam & bdelliũ. quem tamen locum ubi attigit, uelut angue conspecto, retrosilijt illico, sequitur enim apud Galenum, ἀλλὰ διατί πολυειλσμύσορον ταῦτα, λόγος ἕτερος, ὃν ἐφεξῆς ἐρεῖν συμβούλομαι. Hanc igitur Galeni rationem cum ille nobis exponere potuisset hic, longe maius operæprecium facturus, quàm τὸ μὴ, τὸ δὲ, τὸ οὖν, τὸ ἐπὶ, τὸ διέρμα, tam gladiatorie propugnare, & multas uocales & diphthongos emendare, quod uerè correctorum est officium, quale genus hominũ iste per contemptum tantum appellare solet. Ergo cum is alioqui in subtiles disputationes & lubenter & persæpe diuertere soleat, hic tamen nihil ille, quod non dicam eum dissimulasse, etenim opinor in mentem ei nunquam uenisse hæc, & ignorare ipsum talia, quamuis commentatoris propria sit eiusmodi rerum expositio. Huius itaq; officij sui immemor, ad aniles, ferè dixerim, fabulas sese mox conuertit, apponens sollicitè quo pacto in grana ciceri similia hæ pillulæ sint deformandæ, quod quiuis apothecarius rectius aliquem admonere potuisset. Quid autem si essent ciceribus maiores, uti sunt uulgo dictæ acaciæ. dicit enim Auic. quod melius purgant caput, dum paulo maiores sunt. Sed quãdo ille semel in alienã messem falcem mittere, & pro cõmentatore pharmacopolam agere cõstituit, adijcere debebat quales ciceres intelligat, maximosne an mediocres, nã in alijs regionibus proueniũt aliter, & istum opinor sua omnibus scripsisse, qui in Delo, in Scythia, in Africa sunt. sic enim præscribit Hippocrates modum præceptorum uniuersalem. Sed & hoc mirum est, quod non adiecerit pondus aut numerum pillularum, & hominũ quos uti hisce conueniat ætatem, & regionem, & tempus anni: & urinam qua hora reddere, priusquam talibus pilulis utaris, & quali matula excipere, quoq; modo ad ædes medici ferre, & quibus uerbis sa-

Si medicis hæc ita scribit, superuacuum, si cæteris, inutile est

Andernacus commentatorem professus, correctorem agit

exili b. occupatus, quæ propria sũt artificis negligit

3. Progno. ultimo

lib. 3. tr. 1. cap. 19.

bis salutandus & rogandus sit medicus, & quid uicissim illi sit respondendum, & eiusmodi alia. Isti igitur quum non multo concinnius sua tractent, quàm hæc scribuntur, tamen libris suis Commentariorum medicinalium titulos præfigunt. uersu uigesimosexto κυνὸς κεφαλῆς κε με ᾶ. libet hic Oroscij locum integrum apponere. Deprauate legi (inquit) in codice impresso κυνὸς, non abre omnino suspicamur: nec enim in ullo authore legi caninum caput in usu esse inter medicinas, quæ ad alopeciam sumuntur. Legendum esse credimus μυὸς. fuit facilis librarij lapsus, qui forsan pro μυὸς legit κυὸς, quæ dictiones unius uirgulæ solum ductu differunt. Postea aliquis, quoniam κυὸς nihil significat, addidit ν, ut legeretur κυνὸς. nostram lectionem confirmat Galenus τῶν κατὰ τόπους primo, ubi inter medicinas ad alopeciam caput muris recenset. Sic Oroscius, & coniecturam hanc codicis quoq; nostri lectio approbare uisa est. fuerat enim locus obliteratus, dein innouatus ab aliquo. uersu trigesimo, medicamentum est ἐκ τῶ περὶ τόπους, capite πρὸς ἀ-

Pag.154. λωπεκίας σύνθετα, ubi uariat descriptio. Quod

uersu 54. autem illic quoq; legitur θαψίας, δαφνίνα, ego & hic & illic legendum puto δαφνίδων, nam laurinum in fine compositionis additur. Sic annotaueram pridem, cum Andernacum non puduit fal-

Andernacus mendacia scribere pergit so affirmare præteritum à me fuisse. Quod enim addit ex eodem loco legendum esse hic καρδαμώμου pro καρδάμου. Et apposito ἢ, legendum ἢ κικίνου ἢ παλαιοῦ ἐλαίου. cuiuis licebat uidere uarietatem hãc, facta locorum collatione, cum à me Galeni locus fuerit adnotatus. Quod igitur feceram ego, locum indicans solum, breuibus annotationibus fuit aptius, & ab omni ostentatione alienum magis: Quod ille facit, singula inde repetens & per partes enumerans, id est prolixius & gloriosis commentarijs οἰκειότερον, magisq; ad ostentationem quàm ad docendum, necessarium. tamen ille hic à calumnia rursus temperare sibi nõ potuit, passim sese ita exercens. & uersu 38. Variat hæc descriptio eodem libro Galeni capite περὶ ῥεουσῶν τριχῶν, ubi de Cleopatræ Cosmetico ad finem eius, ut antea quoq; notaui. Addit tamen Andernacus, apud Galenum haberi κοιλίας ἐξ non πάντα, quia scilicet nemo id alioqui animaduertere potuisset, deinde admonet, sequamur utram uelimus lectionem, metuens ne id non faceremus, nisi ipse iussisset. Porrò quod hic legitur, στέατος ἀγρίου, legendum esse docet Oroscius è suo codice, στέατος ἀρκτείου, id est ursini, et ne quis forte putet locum esse corruptum, confirmat lectionẽ hanc è loco Galeni nunc citato: cui superaddit testimonium Dioscoridis, libro secundo de Omni adipe, & Galeni rursus libro undecimo τῶν ἁπλῶν, capite proprio. Sic Oroscius. Doctor autem noster Andernacensis, ne hic nihil agere & ociosus sedere uideatur, ipse quoque, dolium uersans, locum emendandum desumit sibi,

Andernacus

qui sic habet, λάμβανε τὸ τρίτον μυρσίνης, aitq; legendum λάμβανε μύρτων, μυρσίνης. lectionem uero hanc probare aggreditur è loco Galeni citato. Et ne quis putet eum locum esse forte uitiatum, superaddit demonstrationem lectionis significans, nisi hoc pacto legatur, se ista non intelligere. Videtur mihi camelus saltare, quoties hunc uirum demonstrantem audio. uersu quadragesimoquinto, putabat Oroscius sic esse legendum è Galeno τῆς κατὰ τόπους primo, ἀνεμώνης τὸ ἐντὸς τρίψας μετ᾽ ἐλαίου μυρσίνου. id est Anemonæ capitula nigra quæ intra florem sunt trita cum oleo myrtino. Cõstat enim, inquit, ex Dioscoride libro secundo, capite de Anemone, in summo coliculorum eius flores esse, papauerum floribus similes, & in medio coloris nigri aut cerulei capitula. Sic Oroscius. Et cur hæc sententia non uideatur recipienda in causa est, quod flores Anemonæ ad profluuium capillorum adhibentur à Galeno capite περὶ ῥεουσῶν τριχῶν, ἐν τῶ Κλεοπάτρας κοσμητικῶ, unde hic locus fuit descriptus. Quæ uero intra eius florẽ nigra sunt, ad denigrandos capillos pertinent, ut discere licet è capite quod inscribitur περὶ τῶν μελαινόντων τὰς τρίχας φαρμάκων ἀρχιγένους. Et ob hũc locum grauissime reprehensus est ab Andernaco Oroscius. sed discere hic poterat Andernacus, quàm sit lubricum authorum locos immutare sine codicum fide, quod non facit.

Pag.55.9. sic distingue, ἢ σανδαράχης λειώσας ἐπ᾽ ὀστράκου, λεῖον μετ᾽ ἐλαίου. ἐπίχριε προξυρήσας. uersu quadragesimonono κονίας πιλοποιητικῆς. & infra, pagina 290. uersu decimotertio, ὕδωρ πιλοποιόν. id antea sic annotaueram, admonens quod in exemplari uetusto istud scribitur per ἰῶτα non per ἦτα, ut deriuatum non à πηλοῦ quod lutum, ut alicui non probè aduertenti uideri queat, sed à πίλου, quod pileum significat. Esse autem ὕδωρ πιλοποιὸν, aquam τῶν πιλοποιῶν, τουτέστι τῶν τοὺς πίλους ποιούντων, è qua τὰ πιλήματα abluantur, qua lotione infecta, medicamentosam facultatem contrahit, ut ea quæ per calcem aut cinerem stillauit, per quam deinde facultatem ad usum medicinæ adhibetur, adeoq; inter lixiuiorum

genera censetur, uelut hoc in loco κονίαν dixit πιλοποιητικήν. Item pagina 175. uersu trigesimoquinto. Est apud Galenum locus libro θεραπευτικῶν sexto, ubi ait, ἥτινα κονίαν στακτὴν ἑωρακὼς ἐκ γειτόνων τοῦ καλουμένου πιλοποιοῦ. ita enim omnino legendum puto, non πηλοποιὸν per η. Et falsum fuisse interpretẽ dum illic uertit πιλοποιὸν figulum. quem Græci non appellabant luti artificem, sed fictorem, uelut πηλοπλάστην, aut tale quiddam. At pileus opus pilotarij est, quem ab opere ipso πιλοποιὸν, id est pileorum artificem Græci dicunt. Quod si idem sit κονία πιλοποιητικὴ & ὕδωρ πιλοποιητικόν, tum non praua coniectura est legendũ hic

Andernacus

esse, ξ δ. pro ∠δ. quem locum Andernacus cum aduersus Orosciũ adnotasset (quamuis apud ipsum quoq; nunc primum ∠ quatuor in totidem sextarios excreuerint, prius enim uerterat ∠δ) mirum est oblitum adeò fuisse Gemusæi. sed opinor ideo factum, quia tam acriter aduersus hunc Entellum depugnabat, ut illi in mentem nemo alius ueniret. aut, quod magis probabile est, ne occasionem lectori faceret cogitandi, se hunc locum suorum Commentariorum è nostris annotationibus transtulisse, quod quis dubitet? Neq; enim prius intellexit hæc recte. Et quanquã ille in speciem subtiliter disputet hic rursus, & permulta fabuletur de lixiuijs omnibus, eorum generibus uarijs & appellationibus diuersis: ostendens primũ quod aliud fiat è fici cineribus, aliud caprifici, aliud rursus è sermentis, & è tithymallis rursus aliud, quod uiribus quibusdam præstãtibus supra reliqua sit, item ex calce quoddam haberi genus, quod ipsum quoque sit mirabile, ut aliud è sapone præparatur, ab uniuersis illis diuersum. mox transferat se ad exponendam uariam constructionem uocis κονίας, perq̃ diligenter & supra modum artificiose commonstrans qualiter cum cæteris construatur nunc in casu nominatiuo, ut cum dicimus κονία στακτὴ, nunc in genitiuo casu, ut cum κονία ἀσβέστου, quãdo etiam nos scire iubet, utrumq; nomen esse substantiuum, & intelligendum esse tunc calcis lixiuium. sed & alijs adiunctum dictionibus uaria significare postmodum ostendat, id quod multorum mortalium testimonijs cõfirmat, Varronis, Columellæ, Plinij, Largi, Galeni, & huius Pauli, & his omnibus superaddat idem esse ὕδωρ πιλοποιικὸν & πιλοποιητικὸν & στακτὴν πιλωταρείων. Re ipsa nihil agit aliud, quàm quod lectorẽ à suspicione furti hoc pacto aliò tentat abducere, quando satis constat nobis, eum nesciuisse antea, neque quid significaret πιλοποιὸν, nec quid πιλοποιητικὸν, neque in mentem illi uenisse hic πιλωταρείους, priusquã à nobis id esset annotatum. Vertisset enim, ut nunc facere cœpit, lixiuium pilotariorum, id quod non uertit, sed cinerem lixiuum dixit tantum, genus significans ipsum, quod perinde est ac si quis absinthium stomacho laxato consulere uolens, herbam illi prodesse dicat, aut omnino hominem uolens significare, animal proferat solum, non addens rationale. Sic ille cinerem lixiuum sumi iußit pridem, pileatios nõ addidit, ut probe cõstat inde, hos artifices illi in rerum natura tum non fuisse, postmodũ cœpisse, ubi nos admonuimus eum. tamen uoluit existimari, non nuper se id didicisse, sed tenuisse pridem, uerum celasse ac prodere rem integram noluisse. Mirum est, quando semel fucum nobis facere instituit, cur non affingat id primum quoque à se ita fuisse scriptum, & adiectos fuisse cineri suo & lixiuijs, pilotarios, sed operarum incuria omissos, & esse errorem typographicum: transisset enim unà cum cæteris eius mendacijs hoc quoque.

Pag. 56. uersu uigesimoquarto, pro ἀνὰ ∫ο. ιβ. antiquum exemplar nostrum melius habebat ἀνὰ ∠ιβ. ut non sit magnopere hic opus Alexandro, nisi forsan ad uetustæ scripturæ maiorẽ cõfirmationẽ. Hunc locum cum antea sic annotassem, maluit tamen Andernacus, unius Alexandri,

Andernacus

in aliena lingua balbutientis, non proprio sermone loquentis, testimonio suum commentarium ornare, quàm ueritatem codicis uetusti recipere. Adeò ἄσπονδον πόλεμον gerit ille, ut neq; codicibus qui mihi patrocinantur, credere uelit, tanquam male feriatis testibus. & uersu 45. πρὸς ἀχῶ- 111
ρας. τοὺς ἰχωροῦντας, ἐλκύσματα ἢ μολύβδαιναν λειώσας, ἔμπλασσε. Vereor ne rursus hic Andernacus maledicum appellet, si hunc locũ aduersus eius iniuriã defendere pergam. Sed faciam id tamen, & ueritatis studio hoc quoq; subibo discrimen. Hic ita adnotauit Oroscius: qui ichoras emittunt, illine argenti recremento uel plumbagine cõtritis. Addit qui sint ichores: sunt autem ichores, inquiens, humores sanguini & carni commixti. Plinius appellat saniem lib. 37. cap. 10. Celsus lib. 6. capite de Oculorum imbecillitate, sanguinem uocat absolute. Sunt enim proprie id quod ex assato iecinore alicuius animalis aut carne destillat. Adparet itaque, Oroscij quoq; exemplaria nobiscum consentire, id est ita legere ut habet codex Ruellij & æditio prior. Aduersus tamen hanc interpretationem & codicum fidem, Andernacus hunc quoq; locum corrigere tentat, putans legendum esse ἀχωροῦντας. quam lectionẽ suam confirmat

Andernacus falso emendat rursus

firmat inquiens, quia titulus capitis idem habeat, nempe πρὸς ἀχῶρας, *non* πρὸς ἰχῶρας. *Risi demonstrationẽ, uisus est mihi camelus saltare rursus. Neq; enim hoc potius signum est, mutandam esse scripturam, quàm nõ esse mutandam, cum enim in titulis bis præcesserit* περὶ ἀχώρων, *&* πρὸς ἀχῶρας, *cur operæpreciũ erat id tertio inculcare. Ergo oportebat efficacius argumentum esse, quo ille persuaderet, trium exemplarium fidei probatissimæ, cum Aldina æditione consentientium scripturam esse mutandam. Porrò multo indoctius id est quod opinatur, uocem* ἰχωροῦντας *referri ad ipsum laborantem, cum ad adfectum sit referenda, eiusq; sit tanquam differentia. proinde sic uerti conueniebat: saniosos (achores) medicandos esse ut sequitur. Subijt autem admiratio mihi, quod nõ metuerit, ne quis lector putet, totum corpus ita laborantium medicamento inuoluendũ esse, dum legit ipse,* τοὺς ἀχωροῦντας, ἐμπλάσσε. *(solet enim libenter pro lectore sic esse sollicitus) nisi existimet forte, rem hoc pacto adoriendam, & totos ita esse illinendos. Cæterum apud authores alios, hæ affectuum differentiæ sæpe titulis apponi solent. Sic Aëtius libro sexto, ca. 314.* πρὸς τοὺς καθύγρους ἰχῶρας *habet, id est ad humidos achoras. Et non multo post,* πρὸς τὰ πυρώδη καὶ ἰχωρώδη καὶ λειχηνώδη *inscriptionem habet. id est ad feruidas, saniosas, impetiginosas papupulas.* ἐξανθήματα) *uertit Cornarius. Et nõ multo post apud hunc authorem sequitur,* πρὸς ἀχῶρας καὶ διύγρους ψώρας. *Et sententiã hanc dubiũ non est quin Oroscius quoq; significarit, quod nõ aduertit Andernacus, & proinde nos sugillat, lectionem mutandã nobis fuisse putans, quia ipse non intelligat. Cæteri mortales diuturnis studijs fiũt doctiores, hic uir indies fieri uidetur ineptior.*

Pag. 57. uers. 12. μίσυος ∠ β. S. *codex. uersu 21. adde* κεφαλαλγούντων.

Pag. 58. uersu 29. ἰοῦ ξυστοῦ, κιμωλίας. *id est æruginis rasilis, cimoleæ, ne quẽ decipiat exẽplaris uitium, nam* ξυστὸς *apud Suidam diuersum lõge significat quàm huic loco sit aptum, est enim*
V *arena in qua exercebãtur athletæ. & uer. 34. Hunc locũ è nostro codice pridem restituimus, & plenius quàm Oroscius. sed mirabiliter conuerterat Andernacus. Cæterum ab Oroscio ita annotatum reperimus postea: In codice impresso, uerba Pauli fœdissimè inuersa sunt,* οἱ μὲν ὀσφραντοῖς, δοκοῦσι τε πλήττεσθαι τὴν κεφαλήν. *uerbum tamen* ὀσφραντοῖς *ex uetere exemplari ad superiorem clausulam pertinet, ut legatur totum,* ἐπί τε ψόφοις καὶ κραυγαῖς καὶ λαμπρῷ φωτὶ καὶ οἰνοποσίᾳ καὶ τοῖς πληροῦσι τὴν κεφαλὴν ὀσφραντοῖς. οἱ μὲν δοκοῦσι τε πλήττεσθαι τὴν κεφαλὴν ἅπασαν, οἱ δὲ περὶ θάτερον μέρος, καὶ ἡμικρανικοὺς ὀνομάζουσι. *Hic noster codex non solum Oroscio adstipulatur, sed & sequentia emendat, dum enim ille è suo codice solũ docuit transponendum esse τὸ, ὀσφραντοῖς: quod autem sequitur,* οἱ μὲν δοκοῦσι τε *non uariet, nos è nostro codice id quoque transponendum didicimus, ut sit lectio* δοκοῦσι τε πλήττεσθαι τὴν κεφαλήν· οἱ μὲν ἅπασαν, οἱ δὲ, κατὰ *&c. Confirmat autem emendationem Galenus* τῆς κατὰ τόπους *secundo, his uerbis,* ὡς μήτε τῶν τὴν κεφαλὴν πληρούντων ὀσφραντῶν ἀνέχεσθαι. *Subdit autem Oroscius: nec tacebo me aliquando suspicatum esse, nec id quidem præter rationem, pro* ὀσφραντοῖς *esse legendum* ὑπὸ σφύρας, *ut uertendum esset, hi quidem ueluti malleo totum caput percuti arbitrantur, haberemq; lectionis huius ducem Galenũ de Locis affectis tertio, capite de Cephalea & hemicranea,* ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν ὡς ὑπὸ σφύρας πλήττεσθαι δοκοῦσι. *Idem præterea* τῆς κατὰ τόπους *secundo,* ὡς ὑπὸ σφύρας γὰρ πλήττεσθαι δοκοῦσιν. *id est ueluti malleo se percuti arbitrantur. Hoc nos his coniecturis monemus, nihil statuentes, ut lectores, utram maluerint lectionem sequantur. Ita Oroscius. Et ut mihi coniectura hæc non nimium placeat, in causa est exemplarium consensus, qui emendationem eam, quam pridem sumus sequuti uehementer mihi facit probabilem. Apposui tamen huc, ut collationem haberemus eorum quæ uterq; in commentando præstitit, Andernacus inquam & Oroscius. Nam dum hic summa cum modestia, & non absq; fide probabili suas coniecturas proponit, ille per conuicia & calumniam passim obtrudit: dum hic fidem exemplarium in plerisq; secutus, eãdem inductionibus & demonstrationibus confirmare pergit, ille è cerebro suo dictitans passim quæ primum occurrunt ipsi, nullam confirmationem adhibet, nisi forte pro inductionibus, calũnias, pro demonstrationibus mendacia usurpare decreuerit, quæ sanè mirabilis esset dialectica. Sed & hic dolium uersare aggreditur rursus, primũ ostendens,* Andernacus *quod è 2.* τῶν περὶ τόπους *hæc desumpta sint, quod Oroscius toties admonuit. Deinde, quod Galenus isthic dicat* χρόνιος καὶ δυσλυτος *una hic uoce Paulum dixisse* παραμόνιμος. *Quod operæcium fuerat, si discere uoluisset inde, qualiter Paulus dictionem à Galeno uariet, & breuitati sermonis sæpenumero studeat, ut ipsa quoque dictio totius doctrinæ modo responderet,* εὐμνημόνευτα

f60

νόντα γὰρ μᾶλλον τὰ οὕτω παραδιδόμενα. Videtur autem nunc esse prudentior quàm supra fuerit, qui non iubeat expungi τὸ παραμόνιμος, & apponi è Galeno χρόνιος καὶ δυσλυτος. quod laudo, quia gratiæ debentur talibus, cum nõ peccant, quemadmodum pueris dantur munuscula, ut quieti sedeant. Non est prorsus dissimile deorum genus, quos Veioues dicunt: placatur enim, ne noceat. & uersu ultimo. Variat apud Galenum descriptio, libro τῶν κατὰ τόπους secundo, capite περὶ κεφαλαίας, ἐν τοῖς ὑπὸ ἀσκληπιάδου ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐκτὸς γεγραμμ. medicamentum est posterius.

Pag. 59. uersu tertio, uariat apud Galenum eodẽ lib cap. περὶ κεφαλαλγίας. titulus est χρονίως κεφαλαλγούντων ἐπιθέματα ὡς χαρακλῆς. & uersu uigesimoquinto docet Oroscius è uetere exemplari legendum, παρύγρῳ, cuius emplastri descriptionem habes libro septimo, capite decimoseptimo. Inscriptum est παρυγρον ὀρειβασίου. & uersu trigesimoquarto, ϛο ι δ, ita habent exemplaria. Cæterum non inepte ambigitur, ut sit legẽdum ∠ ιδ. Porrò medicamentum adfinem è codice repositum est.

uersu octauo κατεώνη, sollicite nos hic admonet rursus D. Andernacus, legendum κατηόνει per ἦτα cum subscripto ἰῶτα, & significari κατέβρεχε, κατήντλη, quod nos longe ante marginibus adieceramus lib. 1. orthographiam non mutantes, quòd in uarijs locis Pauli sic scripta reperiretur, & in antiquis quoq; codicibus. Eiusdẽ exquisitæ diligentiæ est, quod admonet id significare aspergebat, ut ipse uerterit, non inspergebat, ut conuerterit Oroscius. tam oculatum fecit contentio. Quod si in cæteris quoq; eundem uerborum delectum adhibuisset, non notassent Aristarchi, eum libro Galeni de Antidotis docuisse Damocratis Antidotum ad uiperarum uenena, non bibendum, ut Damocrates uoluit, sed loco adfecto foris applicandum, errore sanè ridiculo. & alij rursus Antidoto eiusdem, apposuisse bdellium pro psilio, errore periculoso. & pro theriaca Antiochi Philometoris, quædam præparasse longe diuersa, errore atroci. & alia prægrandia, quæ nunc non dicam, sed in posterum audiet iste, si uolet. Sed & in hoc ipso authore, non docuisset multos mortales, in flatulento hydrope eligenda esse medicamenta, quæ huic morbo sunt aduersissima. apposuisset enim uocem aliam errori minus obnoxiam, aut omnino eãdem in postrema uersione repetere noluisset. & alia eiusmodi quæ per imprudentiam isti exciderunt. Versu uigesimooctauo. neque hunc

Andernacus diligẽs

locum satis sobriè tractasse uidetur Andernacus. Cum enim nihil hic desit, præterquam ut pro ū. legatur ει, ut lectio sit ὥστε μετὰ λουτρὸν ὑγιεῖς γενέσθαι παντελῶς, ille rursus pergit ὑπὸ τὰ ἐσκεμμένα πολλῶν. & quædã huc de nouo è Galeno addere, post παντελῶς subijciens, τοὺς κάμνοντας. tanquã dubium sit quos sanos fieri conueniat, non enim eos qui prius sani sunt: aut quasi non rectius sit istud è superioribus repetere, ut sit constructio, ὑγιεῖς παντελῶς γενέσθαι, uidelicet τοὺς οὕτως ἐνοχλουμένους. Sic ille neglectis ijs quæ domi sunt, aliunde nos repetere iubet, nulla fide exemplaris sua fulciens, nullaq; ratione prorsus roborans. sed iudicet lector. Nobis hæc uidentur non necessaria, & hominis esse non omnino prudentis, & in scriptis ueterum emendãdis plusquam oportebat temerarij. uelut impudentis cuiusdam stoliditatis est, quod ex ex his triumphat, & negligentiæ imperitiæ ue damnat, qui id non fecerunt antea, nisi enim hoc ageret iste & tam frequenter, tacendum fuerat nobis. Cur enim alienam stoliditatem persequeremur? Cogitabis autem tu lector, si quis Plinium ita emendare, ex Aristotele, Theophrasto, & alijs id genus qui adhuc supersunt, aggrediatur, quid futurum de eo authore fuerit. Et an non plerique errores eundem authorem passim occupare cœperint per hoc emendandi genus totum, quale hic gladiator usurpat perpetuò, permulta è cæteris authoribus huc transferens, alia è proprio cerebro scripturæ affingens.

Septa transilit Andernacus

Pag. 61. uersu decimoquinto. Admonet Oro IX
scius legendum esse καὶ κλυδωνώδεις εἰσὶ, id est undosi sunt pulsus. confirmat hanc lectionem fide codicis ueteris. Andernacus igitur, ne ociosus uideretur, ipse quoque locum sibi restituendum desumit, admonens non multo post, uersu uigesimosecundo corrigendum esse ο, in οι diphthõgum, & legendum παροξυσμοῖς τε pro παροξυσμός τε. Non improbo correctionem, sed quod ob tales inuentiones gloriosos triumphos agit, hoc miror. nam eiusmodi hactenus ferè fuerunt reliquæ quoque ipsius emendationes, quæ falsæ non sunt.

Andernacus è rebus exilibus triumphos ambit

Pag. sexagesimasecunda, uersu 41. αἰτίαν δὲ χέουσι κοινὴν, τὴν συνοδίαν δυσκρασίαν. Sic legendum esse docuit Oroscius è suo exemplari, adstipulante Galeno libro de Locis affectis tertio. D. Andernacus idem annotans, significat id ab Oroscio pridem animaduersum, tanquam cætera non prior annotasset, quæcunque artis aliquid, & inuentionem supra uulgi modum ha-

dum habẽt. Cur tamẽ hic dissimulare nõ potuerit, hæc se ab illo didicisse, in causa esse opinor, quod pridem legeret καινὴν, id est nouam: emendationem scilicet hanc tam peregrinã fœcundo è cerebro suo gignens nobis, ut etiamnum solet, nihilo factus prudentior, quamuis adeo male cedãt passim, quæ ita gignit.

XIII Pag. 64. uer. 14. Oribasius lib. 8. capite 3. Vnde hæc ad uerbum desumpsisse Paulum liquet, pro τοῦ προσφάτου, id est recentis, habet καὶ τοῦ ἐφιάλτου, id est incubi. Quod ita tamen ad notauimus, ut legentes liberè utram malint lectionem sequantur. Sic Oroscius, è quo loco discat rursus gladiator ille Andernacensis, scribendi legem ac modestiam. Oroscius & uersu uigesimosecundo legit Oroscius è uetusto exemplari, ἕωθεν δὲ ἀφαιρεθέντα τὸ γλυκὺ. id est mane passum à colocynthide tollatur, & potui exhibeatur. In colocynthide autem passum decoquendum esse, sub dioq; per noctem refrigerandum, author Dioscorides est libro quarto, capite de Colocynthide. Andernacus hunc quoque locum ex Oroscio adnotans, à mordendo temperare sibi nequiuit: cum autem Oroscium, à quo uulnus hic acceperat (nõ enim recte converterat iste locum hunc) lacerare non posset, in me uertit sese qui ad iniuriam hic aptior sim. & uersu ultimo, ἐπειδὰν αἴσθωνται τοῦ μορίου, ubi senserint particulam affici: addidi inquit Andernacus postremam hanc uoculam, ne Aristarchi clamitent me præter sensum Pauli aliquid assuisse. Sic ille. Quàm religiosus uero nuper euasit iste nobis, in una uocula, quem pridem non puduit, integros uersus, & proculdubio contra mentem authoris passim affingere, & ipsam authoris dictionem totam corrumpere. Hanc indoctam temeritatem improbabant Aristarchi.

XVII Pag. 67. uersu 3. ἀλουτίαις, sic nos è codice lectionem mutauimus. Prior lectio habuit ἀλουτίαις, id est uinculis, quam probare uidetur Oroscius. Andernacus rursus hic dolium uersans, admonet, sequamur utram uelimus: liberum scilicet relinquens lectori hic arbitrium. Miratus sum unde illi tam subito noua hæc clementia. Andernacus

XVIII Pag. 68. uersu uigesimoquarto, coniectura est probabilis legendum esse προσέχοντας, id est animaduertentes: nam quod sequitur διὰ τὸ μὴ συναισθάνεσθαι εἰ μὴ ὑπερκαυθῶσιν. lectio codicis est. Aldina æditio non habebat uoculam εἰ. Et esset prior sentẽtia, animum aduertendum esse dum adhibentur caustica, eo quod non sentiant, nisi urantur supra modum. Posterior uero est, ne urantur nimium, quod contingere soleat ob sepultum ipsorum sensum. Vtraque sententia iusta est, modo legendum sit προσέχοντας contra scripturam exemplarium. Andernacus enim qui hanc lectionem attulit, nullam fidem adfert aliam, sed è tripode suo nobis rursus est locutus. Et ut eius coniecturas non lubens sequar in causa est, quia non nimium feliciter id quandoq; feci, priusquam genium uiri cognouissem. Sed & non multo post

Pag. 69. uersu decimonono, supra modum temerarius, & imperitus coniectandi esse mihi uidetur, ubi enim legitur, ποτὲ δὲ τὰ χαλῶντα οἷον στέαρ ὕειον καὶ χήνειον καὶ μολόχινον ἔλαιον. Magna hic arrogantia promulgat loci emendationem. Sic enim ait: In Græco codice deest particula καὶ, nam habetur στέαρ ὕειον καὶ χήνειον καὶ μολόχινον ἔλαιον, cum sit legendum, καὶ ἔλαιον. Postremum addit huiusce rei demonstrationem, inquiens: Nam molochinum oleum nullum inuenitur. Quis uero unquam tam subtiliter est ratiocinatus quàm hic rursus facit Andernacus? μολόχινον inquit ἔλαιον nullum reperitur, ergo apponendum est καὶ: non cogitans forte inueniri aliud oleum, huic iuxta appellationẽ non nimium dissimile. Sed & aliud peccatum hic committit iste, & uarie. Nam cum loci emendationem nobis integram esset pollicitus, eandem non absoluit, omisit enim castigationem uocis μαλόχινον, quæ corrigenda fuerat in μόσχειον, cum uertat adipem uitulinum. Deinde ubi istud ἔλαιον à cæteris separasset, & solum reliquisset, non exposuit nobis cuiusmodi oleum hic consulat Paulus. postremo hæc omnia citra fidem exemplaris & solus statuere ausus est, neque enim opinor, ullum hominem sanum consilij huius tam temerarij socium illi fuisse. Mihi igitur paulisper cogitãti super hoc, uisa est melior esse coniectura quæ ad dictionem ita accederet proximè, ut à sententia quoq; huius loci non esset aliena. Quare uisum est legendũ esse, μαλάχινον ἔλαιον. Nam & proxima scripturæ est hæc emendatio, & facultatem habet hoc oleum χαλαστικὴν, qualem hic Paulus ad intestini recti πρόπτωσιν adhiberi iubet, & sequitur eandem lectionem Aëtius libro sexto, capite trigesimosexto quod inscribitur, ἀποδυθισμένου παρεθέντος θεραπεία, ait enim ὕειον δὲ καὶ χήνειον στέαρ καὶ μαλάχινον ἔλαιον λιπαίνει μάλιστα, ὅταν κατέχοιτο τὰ σκύβαλα. Quem locum sic uertit Ianus Cornarius: suillus autem & anserinus adeps & oleum maluæ maxime pinguefacit ac lenit ubi stercora supprimuntur. Eandem uero sententiam & lectionem sequutus est Ioannes Baptista Montanus. Andernacus falso emendat

Proinde

Proinde lector, si coniecturam sequi lubet tibi, solidior est ea quam nos adducimus. & uer. 18. id est mox præcedente, ubi impressa habent χοίνου, pridem quoq; notaueram quod legendum uideretur σχίνου, id est lentisci, quæ arbor facultatis astringentis est Dioscoridi. Quare nullum facit operæprecium iste, hunc locum sugillās, fecisset consultius, si errata quibus etiamnum plena est ipsius æditio, emendasset priusquam postremum nunc ederet, toties fingens ac refingens indies peius & ineptius, quod alij contra facere solent.

XX Pag. 70. uer. 41. ἢ σμύρνης ∠ α μελικράτῳ ὑσσώπῳ τε ἀφέψημα. Hic rursus mulionem agit Andernacus, imperat enim nobis ut hūc locum sic emendemus. ἢ σμύρνης ∠ α μελικράτῳ ὑσσώπου τε ἀφεψήματι. Quod si quæras rationē ab eo cur sic mutet, aliud nihil dicere possit, quàm sic uolo, sic iubeo, quando ita in mentem uenit mihi. Addit inde, Oroscium & Basiliensem non aduertisse. Atqui aduerteram locum esse corruptum, sed nō ueniebat in mentem Andernacum fore tam durum ut exigeret omnia errata scribentium à nobis. Adhuc minus putauerā eum ita coniurasse in perniciem eius authoris, cuius sese profiteri audet interpretem. Quid enim aliud est, adeò temerè paßim omnia inuertere, quàm corruptelam authori inducere? Ego cum uideam imperitam hominis arrogantiā, non possum sanè hunc quoq; locum tacitus præterire. Ergo si cui rursus placeat è coniectura petere emendationē, præstiterit quàm minime à uetere scriptura discedere, ita tamen ut sententiā seruemus ueram & arte dignam. Est autem uicinior scripturæ lectio, hoc pacto, ἢ σμύρνης ∠ α μελικράτῳ. ὑσσώπου τε ἀφέψημα. Est enim ineptum mulso hyssopi decoctum admiscere, quam sententiam præ se fert ipsius correctio. nō enim ita emendari iußit, ἢ ὑσσώπου ἀφεψήματι. Putamus itaq; Paulum significasse, myrrham è melicrato sumptam, huic affectui mederi, & hyssopi quoque decoctum per se sumptum. Sic Aëtius lib. 6. cap. 39. περὶ τετάνου. ποτὰ δὲ ἁρμόδια, inquit, τό, τε κάλλιστον ἀπόμελι καὶ σιλφίου ῥίζης ἀφέψημα, καὶ αὐτὴ λεία, καὶ ὑσσώπου ἀφέψημα. ὀποῦ κυρηναϊκοῦ ὅσον ὄροβος καταπινόμενος. σμύρνης τρωγλοδυτικῆς κυάμου μέγεθος καταπινόμενον. Id est, ut reddit Cornarius, In potu cōueniunt optimum apomeli, & radicis silphij decoctum, & ipsa trita, & hysopi decoctum. & succi Cyrenaici magnitudo erui deuorata, et myrrha Troglodytica magnitudine fabæ. Cæterum ex hoc Aëtij loco, non ineptam cōiecturam sumere nobis licet, per quam uersum quoq; præcedentem emendemus hoc pacto. σιλφίου τε ῥίζης κοχλιάρια β' ἐμπασθέντα μελικράτου κυάθοις τρισὶ δίδονται. mox, ἢ ἀφέψημα αὐτῆς. Idipsum enim hic habet Aëtius, καὶ σιλφίου ῥίζης ἀφέψημα. καὶ αὐτὴ λεία. Hanc ipsam emendationem satis belle cœptam, per imprudentiam rursus turpiter finijt Andernacensis. Et uisus est mihi mirabilis esse, dum id quod mox præceßit ἀφέψημα è casu obliquo in rectū, & hoc de quo nunc agimus è recto in obliquū formare subtiliter docuit, ac si in scholis puerorum epistolas emendaret, ita tractās grauem authorem, & è cerebro omnino suo dictans quæcunque in mentem uenerint illi primum. Neq; authorem alium super hisce consulens ullum, neq; amicum (arbitror) ut facere cæteri solent, in consilium adhibens. Et tanquam furibundus aper uenabulo ictus, per syluas authorum cursitans, & occasionem paßim quærens, per quam dentem suum atrocem infligere queat ijs, qui stolidam hanc eius rationem admirari nolunt. Mihi sanè periculo carere non uidetur totus is emendandi coniecturalis modus, iuuat tamen lectorem talium admonere, ut hinc sumpta occasione, super ijsdem latius postmodum consulere queat.

Anderna-
cus falso
emendat

Andernacus ludimagister

Pag. 71. uer. 40. Hoc loco rursus partū ædidit Andernacus, docens duo elementa ε & ι. mutanda esse in α. legendum enim παρὰ τὸ κατὰ φύσιν. pro περὶ τὸ κατὰ φύσιν. Non improbo diligentiam, sed eius ingenium laudarem, si idem præstitisset, quibus in locis est difficilis inuentio, eaq; cum grauitate & fide, qualis in tantis authoribus à cōmentatore requiritur. Nunc uero cum horum ille nihil faciat, & ob uulgares has inuentiones admirandus esse nobis cupiat, quæ correctorē quemuis, si tanto id studio agat, fallere non possent, mirari satis tenuitatem hominis non possum. XXII

Andernacus

Pag. 72. uer. 6. ὠῶν τε τῶν πυρῶν ὀπτηθέντων. legit Oroscius è codice uetere πυῤῥῶν quam uocem Græci authores, Galenus præsertim & Paulus ἀντὶ τοῦ λεκύθου, id est pro oui luteo usurpent. Confirmat lectionē, quod nusquam apud idoneos authores reperiatur triticum assum, πυροὶ ὀπτηθέντες, in oculorum affectibus utile esse. De luteis autem ouorum apud Dioscoridē legitur capite de Ouis, ἡ δὲ λέκυθος αὐτοῦ χρησίμη πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς ὀπτηθεῖσα σὺν κρόκῳ καὶ ῥοδίνῳ. In Galeno item 4. τῶν κατὰ τόπους capite de Doloribus oculorū, ἢ λέκυθον ὠοῦ ὀπτοῦ. id est aut luteum oui tostum, lectioni Oroscij adstipulatur noster codex. Andernacus antea omnia hæc ignorabat, & tamen exiguā gra

Oroscius

tiam

tiam monitori suo habet.

Oroscius Pag.73.uers.16.Oroscius è codice πολυχρύσος, adstipulāte Galeno τῷ περὶ τόπους quarto. Est autem Erasistrati medicamentum hoc nomine.

& uers.40. legendum ὑποσμήχοντα, per π. quod ut annotarem, fecit Andernaci negligentia, qui hoc præterijt, quod mirum est, cum eum nihil pudeat annotare. quæ si fecisset alius, egisset correctorem: dum facit ipse, agit Archiatrum.

Pag.74.uers.3.lege καὶ τερεβινθίνῃ ἀναλαμβανομένη. & uers.14. Στίμμεως ὀπτοῦ πεπλυμένου ∠ α. μολύβδου κε. π. ∠ δ. In antiquis exemplaribus, inquit Oroscius, sic scriptum fuit. μολύβδου κεκαυμένου πεπλυμένου.

& uersu 26.lege ἀρκτείῳ, id est ursino.

Pag.75.uers.5.legendum è scriptis codicibus, tum Oroscij, tum nostro, διὰ ἀμύλου, id est ex amylo. Qualia reperiuntur plurima collyria infra lib.7.cap.6. Quod ex malo, nullum. uersu 35.lege ἢ βαλαύστου.

Pag.77.uersu 17.legit Oroscius è codice suo pro κλύσμασι, ἐνέμασι, adstipulante Oribasio libro 8.cap.48. Confirmat lectionem dictio δριμυτέροις. Est enim peculiaris & accommodata enematis, non alijs euacuationibus.

XXIII Andernacus Pag.78.uers.50. Hic rursus cognosce lector quæso, impudentem hominis maliciam. Sic habuit lectio æditionis Aldinæ. ὅταν δὲ δι' ὕδατος φαρμακώδους προσδεχομένου περὶ τὸν ἀκουστικὸν πόρον ὀδυνῶνται, εἰ μὲν πολὺ, διὰ τοῦ στόματος ἢ καὶ διὰ τῆς καλαμίδος αὐτὸ ἐκμυζᾶν. δι' ὀλίγου ἀρμόζοντας τὸ ὕδωρ διὰ τῆς ἐμπεριειλημένης ἐρίῳ μηλωτίδος, ἐνστάζειν ἔλαιον τι τῶν λεπτομερῶν. sic uerterat Andernacus, Cum autem aqua medicata ex balnei usu, meatu recepta, auditorio dolorem parit, si quidem copiosa fuerit, ore uel etiam calamo ipsam euocare ratio est, ubi paulatim specillo lanā inuoluto fuerit protracta, oleum quoddam instillatur, quod sit partium tenuium. Sic ille. Ex qua uersione manifestum est eum nihil prorsus recte hic intellexisse. Nos itaq; locum hunc, quantum suffragabatur codicis ueteris scriptura emendauimus, ut in exemplari à nobis ædito, uidere licet tibi. Sic enim εἰ μὲν εἴη πολὺ, διὰ τοῦ στόματος ἢ καὶ διὰ τῆς καλαμίδος αὐτὸ ἐκμυζᾶν, δεῖ. ὀλίγον. ἀρμόζοντας τὸ ὕδωρ διὰ τῆς ἐμπεριειλημένης ἐρίῳ μηλωτίδος ἐνστάζειν ἔλαιόν τι, τῶν λεπτομερῶν. Post quam emendationem cuiq; cognoscere licebat, adhuc ad integritatem dictionis deesse quippiam, sed & quale desideraretur, & quis loci sensus esset, coniectari cuiuis licuit, prius fuerat perquàm difficile, ut & iste Argus falsus fuerit, totam dictionem coniungendam & integram quoq; esse existimans. & adiutus carpit nos tamē, quod dictionem non prorsus integram reddiderimus, de nostro affingentes quæ uiderentur deesse. Quod si ego putassem mihi licere, uti ille sibi paßim putat, quàm fuerat facile apponere εἰ δὲ, ut sit lectio integra, εἰ δὲ ὀλίγον. Vides hoc ex loci huius æditione reliqua lector. Sed & Oroscium hic sugillat iste, quod locum præterierit, toties ab illo admonitus, tamq; uarijs & perplexis in locis adiutus, è quibus nullum assequi recte potuisset antea, quādo etiamnum turpiter labitur paßim tot auxilijs subleuatus: Cæterum si mihi quoque coniecturam adferre liceat, aut si coniecturis omnino hic agendum sit; tum ego ueriorem adferam, quàm facit iste, ut nō foris apponamus τὸ, εἰ δὲ, tanquam uera scriptura fuerit, ἐκμυζᾶν δεῖ. εἰ δ' ὀλίγον. Sed putemus istud δεῖ ueteris exemplaris corruptū fuisse potius ex εἰ δ', & lectionem integram esse, εἰ μὲν εἴη πολὺ, διὰ τοῦ στόματος ἢ καὶ διὰ τῆς καλαμίδος αὐτὸ ἐκμυζᾶν. εἰ δ' ὀλίγον, ἀρμόζοντας τὸ ὕδωρ &c. Quam coniecturā si sequamur, tum & ab antiqua scriptura minus abscedemus, & dictionem faciemus ἀκριβεστέραν. Est enim talis sermonis modus apud Paulum minime infrequens. Sic supra lib. primo, cap.4. εἰ δέ πού γένοιτο δριμύτερόν τε καὶ λεπτότερον τὸ γάλα, ἐνταῦθα τῶν μὲν πόνων κουφίζειν τῶν πολλῶν, εὐωχεῖν δὲ τὴν τιτθὴν ῥοφήμασί τε καὶ κρέασι, καὶ σίραιον διδόναι πίνειν. & mox, εἰ δὲ ἧττον γένοιτο, τῶν τε ῥοφημάτων προσφέρειν καὶ δαψιλέστερον διαιτᾶν, quibus in locis τὸ δεῖ aut intelligi oportet, aut repeti è superioribus. & hoc ipso in loco præcesserat δεῖ. Cæterum ut eiusmodi coniecturas omnes, interpreti liceat operi suo assuere, quæstio est, an proinde ἀρχέτυπον quoq; uersanti, idem ius esse conueniat. Neq; uero dicat hic Andernacēsis, studio maledicendi me hoc adscribere, sed potius cogitet se calumniādi studio hunc locum impudentißime ita annotasse.

Pag.79. uersu 12. καρδάμωμον καὶ νίτρον. Ex medicamentis Apollonij. citat hic Andernacensis Galenū lib.3. τῶν περὶ τόπους. Quo loco legitur καρδάμου ἱκανὸν, νίτρου βραχὺ, σύκου σαρκὶ χωρὶς κεγχραμίδων ἀναλαβὼν ποίει ὡς κολλούριον. uariat itaq; descriptio, cum Galenus habeat καρδάμου. Sed dicit Andernacus non ob id mutandam esse Pauli scripturam, quia cardamomi & καρδάμου, eadem potestas sit, nisi quod hoc paulo sit ualentius. Atqui supra pri-

 mo cæ-

mo capite huius libri, contendebat legendum esse apud Paulum Nasturtij, & emendandam priorem lectionem, ut sequeretur scilicet æditionem esse uitiosam, eo namq; collimabat. Cur hic non idem facit? Videtur igitur, aut quod hæc genera nuper cœperint eandem habere facultatẽ, aut Andernacensis oblitus sui, aut alioqui mitior factus. & uersu 28. πρασίου, codex habet πρασίου, illam sequutus sum.

Andernac9 quærit passim quod emendet

Pag. 80. uersu 11. legendum putat Oroscius βολβῶν ἀλφίτου, non ἀφρῶν. Adfert lectionis huius authorem Dioscoridem lib. 2. capite de Bulbo qui edendo est. uerba eius sunt πρὸς δὲ ὤτων θλάσματα σὺν ἀλφίτῳ. id est, prodest & contusis auribus cum polenta.

XXIIII Pag. 81. 29. legitur in exemplaribus omnib. ὀνίδα, quod stercus asini significat, sed hanc nuper habere cœpit significationem, prius enim nullam habebat: quare Andernacus mutata scriptura (ut solet perlibenter) apposuit herbam quandam ὀνώνιδα dictã. Sed audiamus super hac re ipsum Oroscium, huius uiri monitorem. Sic autem annotauit Oroscius: Ad sanguinis eruptionẽ è naribus ita scribit Paulus. ἢ ὀνίδα καύσας ἐμφύσα τὴν σποδὸν, ἢ χυλίσας τὴν ὀνίδα, ἔνσταζε τὸν χυλόν. quod ita uertit Andernacus: Aselli domestici cõbusti cinerẽ inspirabis, uel aselli expressi succũ instillato. Sic Oroscius, subdit inde. Cumq; hæc non satis illi fecisset translatio, in annotationibus quas in librum tertium fecit cap. 24. sic inquit, Aselli domestici combusti: corrupta est lectio, dictionum Græcarum confinitate, Græce est ὀνίδα, quam dictionem nusquam reperio, eoq; putaui legendum ὀνίδιον pro multipedis. Lege igitur ὀνώνιδα, ut sit, uel ononidis combustæ cinerem inspirabis, uel ononidis expressæ succum instillato. hæc ille. Nos non minore (ni fallimur) errore lapsum in castigatione quàm in trãslatione opinamur. Si enim Dioscoridi credimus, lib. 3. cap. 19. tantum abest ut Ononis sanguinis fluxum è naribus sistat, ut crustas etiam resoluat & deducat. In qua sententia fuit etiam Galenus, libro octauo τῶν ἁπλῶν. Recte igitur in codicibus Græcis legi arbitramur ὀνίδα. Est enim ὀνὶς asinorum stercus, cuius cinis aut succus in sanguinis è naribus fluore magno scriptorum omnium cõsensu probatur. Suidas, ὀνίδια, τοῦ ἵππου τὸ ἀφόδευμα. ὁ ὀνίδες, τὰ τῶν ὄνων ἀποπατήματα. Diosc. lib. 2. De animalium fimis, ὄνων δὲ καὶ ἡ τῶν ἵππων, αἱμοῤῥαγίας ἴστησι ὠμή τε καὶ κεκαυμένη, ὄξει μιγεῖσα. Sic Aëtius lib. 6. cap. 94. πρὸς τὰς ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίας, ὀνείας κόπρου πρόσφατου χυλὸς μετὰ πρασίου χυλοῦ καὶ ὄξους δι᾽ ἐλλυχνίου ἐντιθέμενος, παραχρῆμα στέλλει. ἢ τὴν κόπρον καύσας, ἐμφύσα τὴν σποδόν. Idem uero passim in Galeno cæterisq; scriptoribus legimus, ut uertendum necessario sit: aut cinis stercoris asini cõbusti naribus inspiretur, aut instilletur succus à stercore expressus. Hæc ita adnotauit Oroscius. Et sententiam hanc statim arripuit Andernacus, ac ne γρῦ quidem contra nos, putans se latere sic posse. Et modo ita tacuisset antea, nec prodidisset nescire se quid significet ὀνὶς, idcirco mutandum in uocem quam ipse intelligat: suspicari quispiã potuisset eum forte existimasse succum tam turpem naribus hominum instillãdum nõ esse. Sed adnotatiuncula sua totam hanc nobis suspicionem ademit, dignus cui non solũ naribus infundantur succi huius medymni toti, sed et placentæ apponantur ex ipsa materia præparatæ, è qua succus est exprimẽdus. uer. 50. γάλακτι ὀνείῳ.

Oroscius

Andernaci annotatiuncula

Andernac9 in mutãdis authorũ locis à se non intellectis, nimium temerarius

Pag. 82. uers. 1. ὀποῦ ἴσ ∠ ι ἐρεγμοῦ ∠ ι. habent exemplaria, magis obuium est si legatur ὀποβίνου ἐρεγμοῦ ∠ ι.

Pag. 84. uers. 49. legit Oroscius è codice suo ἢ τῇ διὰ καρύων διαχρυσίζωσαν. id est utantur, ut sensus sit, utendum post illa esse gargarismate ex Diamoro composito, aut ex confectione è nucibus. Infra namq; lib. 7. cap. 14. ponitur confectio diamoron simplex & cõposita, & διὰ καρύων, id est è nucibus confectio tum simplex tum composita. Lectionem uero hanc confirmat Auicenna nona tertij cap. 10. Et meliores eo sunt cortices nucis, deinde rob mori. XXVII

Pag. 86. uers. 7. χρυσέον. & uersu 50. πετροσελίνου ∫ο S. non perperam ambigitur, num sit legendum ∫ο α. S. secus quàm in exemplaribus omnibus habetur. XXVIII

Pag. 89. uer. 22. ξηρείου κοχλιάρια ι α. lectio codicis est. Aldus habebat κοχλιάρια α. & quia neutra lectio mihi satisfaciebat, annotaueram locum esse mutatum, lectionẽ codicis improbabilem facit, numerus cochleariũ nimis magnus. Aldinam uero, quod ad reliqua collatus uidetur satis exiguus. Maxime uero ista, quod aut mutãda est scriptura omnium exemplariũ, et legendum κοχλιάριον ἕν. aut apponendus numerus unitate maior, uelut ξηρείου κοχλιάρια β. potuit etiam τὸ ν in α corrumpi, ut si scriptum fuerit, ξηρείου κοχλιάριον μετ᾽ ἀφεψήματος. Quales doses ξηρείων usurpantur apud authores in huiusmodi affectib. Sic Galenus τῶν κατὰ τόπους lib. ζ sub ijs quæ ab Asclepiade scripta sunt ad αἱμοπτοϊκούς. ἐν δὲ τῇ χρυσῇ ἰδίᾳ κοχλιάριον ἕν. de simili loquẽs. & Aëtius lib. 8. XXXI

lib.8.cap.70. δίδου κοχλιοάριον ξηρὸν μετ' ὀξυκράτου &c.

XXXV Pag.92.uer.32.post οἴνῳ ὑγραίνεσθαι appone punctum, ut separetur quod sequitur: ὥσπερ τὸ ὑγρὸν φάρμακον ὡς αὖ &c.

XXXVII Andernacus Pag.93.uer.10. hic Andernacus emẽdat nobis unum υ. admonet enim legendum παραύξειν pro παραξεῖν. quod præter ipsum quis potuisset alius? & uer.9. προσμιγνύσθω καὶ ὀμφακίνου ∠α. Non temeraria coniectura est, legendum esse ὀμφακίου ∠α. sublato ν. nam et omphacinum præceßit, & dosis alioqui nõ conuenit, & solet cerato huic misceri omphaciũ hac quantitate. Galenus τῶν κατὰ τόπους lib.8. in præparatione cerati huius, προσμιγνύσθω δὲ ὀμφακίου τὸ ἴσον, ὥστε τῶν τριῶν δραχμῶν εἶναι μίαν, τῆς ἀλόης λέγω καὶ τῆς μαστίχης μίαν καὶ τρίτην τοῦ ὀμφακίου, Et mox, μίγνυμι δ' ὥσπερ ὀμφάκιον οὕτω καὶ ἀψινθίου χυλόν.

Oroscius Pag.94.uer.32.pro ἐκτὸς ἐλαίου. legit Oroscius è suo codice ἐκ τοῦ ἐλαίου, ut contraria sententia sit, quàm qualem Andernacus uerterat, præter sorbitiones ex oleo. Et uersu eodem, ante χρῆσθαι appone punctum.

Andernacus Pag.rursus 93.uers.24. & 27. Annotauit Andernacus locum emendandum, expungendum enim esse λ utrobiq; ut legatur ἐμπάσσεται et ἐμπάσσας, & non inepte. Addit Gemusæum & Oroscium non annotasse, & hoc rectè, neq; enim adnotaueram. Sed si quàm diligẽter inspexit istud λ. & quæsiuit paßim si quæ omissa fuerint, ut haberet materiam nos carpendi, tam diligentẽ dedisset operam, ut rectè intelligeret locum non me ido sum, qui nõ multo post sequitur in capite 42.uersu22.hoc pacto, τῆς τῶν κοχλιῶν τέφρας μέ. δ˜, κηκίδος μέ. β˜. πεπέρεως μέρος α˜. χνοώδη ποιήσας τοῖς ὄψοις ἐπίπαττε. Medicamentum est dysentericis, inspergendum ferculis quibus uescuntur, quod si ita diligẽter inspexisset, inquam, tum non existimasset, accipiendos cochlearum cineris medimnos quatuor, gallæ medimnos duos, piperis partem unam, tanquam camelis & elephantis medicamenta præpararet non hominibus. Intellexisset enim quod μέ. hic significet partem, cuius eum poterat admonere πεπέρεως μέρος α˜. integre scriptũ. Interpretatus esset itaq; cineris, quatuor. gallæ duas, piperis unã partem. mẽsuram hominibus conuenientẽ, non ingentes saccos taliũ puluerum plenos, miseris ægrotis deuorandos propinans, ut arbitror enim nunc fecisse tandem, & illam prodigiosam puluerũ molem, in minorem modum redegisse, sed non prius tamen, quàm ab alijs admoneretur, & toties ut mirum sit, adhuc non satis factum esse prudentem, cum tamen elephantes olim literas didicisse tradat Plinius. Ecce .n. mox alia hominis supinitas.

Medimni 4. implent saccum frumẽtarium

XLII Oroscius Pag.97.uer.25. καὶ ἡ τῶν ὀστοφαγούντων δὲ κυνῶν κόπρος ξηρὰ σὺν γάλακτι, πεπυρωμένων διὰ τῶν κοχλήκων καθέντος, πινομένη. quo loco Oroscius è uetere codice legit τοῦ πυρωμένου, ut sit sensus, stercus canum ossa comedentium, siccum bibitum cum lacte in quo marini igniti calculi sint iniecti. Confirmat lectionem hanc authoritate Auicennæ 16.tertij t.1.cap.4. Et stercus, inquit, canis comedentis ossa, solũ cum in potu ex eo datur pondus 3.1.&c. & inferius, Et iterum lac caprinum decoctum cum lapidibus fluuialibus ignitis, bis & ter in ipsum proiectis.

Andernacus Hunc locum Andernacus neq; antea rectè edidit, neque nunc emendare uoluit. cõuerterat enim pridem, canum ossa uorantium stercus aridum, cum lacte caseato harundine demißa assumptum, καὶ χλήκας uertens harundinem. deinde admonitus forte ab aliquo, annotauit adhibendos esse lapillos marinos. Et hoc olim annotasse contentus, reliquã huius loci partẽ in postrema nunc, & omnibus numeris suis absolutißima æditione, mendosam adhuc reliquit. Sic enim uertit, Generose iuuat canum ossa uorantium stercus aridum, cum lacte caseato, ex lapillis marinis iniectis potatum. Et sanè mirum est, cur caseum nobis hic reliquerit & non expunxerit. forsan autem ne sibi rursus Græcus codex foret emendandus, & admonendus lector, castigatores hunc locum præterijsse, quod sanè esset admirabile, cum id paßim quærat. Aut noluit sequi emendationem Oroscij, ne uideatur nimis multa ab eo didicisse, aut alioqui magis illi placuit prior lectio, quia legit uspiam apud Pliniũ aut Palladium, aut Columellam, lapillos lacti iniectos ipsum cogere, aut uoluit lac prius esse caseatum, postea inijciendos esse lapillos, & illud ignitos subintelligendum esse. Aut omnino aliud quidpiam in mentem illi uenisse oportet, cur lectionẽ Oroscij recipere noluerit. Quod si ita sit, mirũ est quod non subtilem disputationem aduersus eum instituerit hic, habebat enim magnum expatiandi campũ, de lapillis lac cogentibus, & de mirabili harundine demittenda, & consimilibus alijs. Hesiodus facit tria hominum genera. è quo autem eorum hic noster tibi uidetur esse, lector? & uersu primo eiusdem paginæ ἔπειτα πρὸς λόγον αἱμαχτώδεις. Andernacus rursus iubet hic legendum esse πρὸς ὀλίγον, & confirmat lectionem, quia Celsus quodam in loco dicat, leuiter cruenta.

Ineptum est quod uertit hic Andernac9, supra id quod falsum est & obscurum

XLIII Pag. 98. uersu 30. πυρέττουσι δὲ ὁμοίως; legit codex Oroscij.

XLV Pag. 100. uersu 48. admonuit Andernacus tollendum esse λ, ut legatur κατάπαστον. Confirmat lectionem inquiens, quia non de emplastro sed de puluere sermo sit. Mirum est cur id praeterierit quod mox praecessit, κοχλιάριον β, cum iuxta formam grammaticae sit dicendum in plurali κοχλιάρια β. Quandoquidem enim illi passim est liberum emendare quae uult, et quomodo uult, hoc quoque potuerat. Sed libenter opinor omisit, ut ad proximam aeditionem habeat rursus quod agat. saepe admonui lectorem, me constituisse, in primis lectionem codicis, quibus in locis conducere uidebatur, communicare caeteris, id quod feci: caetera relinquens Andernacensibus. Neque me huius consilij poenitet, sed quoniam ille triumphare sic pergit, et alijs petulanter insultare, operaeprecium me facere puto, dum recenseo breuiter quales sint eius triumphi, aut quibus de rebus glorientur isti. Sed omnia commendanda uidentur tamen, quaecunq; studiosos iuuare possunt, modo ille iuuet, et errorum causam non praebeat, quod facit. Deinde iura disciplinarum perturbare nō studeat, quod cupiebat, sed non potest.

Oroscius Pag. 101. uer. 6. codex impressus εὐκρατομέλιτος. legendum esse suspicamur, ἀκρατομέλιτος. Est autem ἀκρατόμελι, potio ex mero et melle. Persuasitq; nobis hoc non solum antiqui exemplaris fides, uerum et Auicenna, 19. tertij capite ultimo, Cum uino, inquit, claro cum melle: et in castigationibus Bellunensis habetur, cum uino

Andernacus puro cum melle. Haec Oroscius. Andernacus locum hunc è tripode suo corrigere uolens, legebat μελικράτου. Nunc mutato oraculo, sequitur lectionem Oroscij. Sed tacet, et impressos codices non emendat, opinor ne refricet nobis suum errorem, aut ne nimis multa Oroscio debere uideatur. Nam utrumq; probabile est.

Pag. 102. uersu undecimo. Et hic locus in prima aeditione corruptissimus habebatur. Sic enim, Στροβύλους κ. σικύου ἡμέρου κοχλιάριον μ τοῦ σπέρματος ἀμύλου ∠α ἀναλάμβανε εἰς κοτύλας β ἀποζέματος νάρδου ∠ε σελί-

Andernacus νου σπέρμα ∠δ. Andernacus itaq;, emendare hic uolens, cum ad manum illi esset scriptum exemplar, maluit Galeni locum assuere, è quo, ut ipse arbitrabatur, ad uerbum scilicet traduxisset haec Paulus. Locus est τῶν κατὰ τόπους libro decimo, ἐν τοῖς ὑπ᾽ Ἀνδρομάχου πρὸς τὰς ἐν κύστει καὶ νεφροῖς διαθέσεις. Sic enim habet, στροβύλους κ. σικύου ἡμέρου σπέρματος κόκκους μ. ἀμύλου τριόβολον, λιβανωτοῦ, νάρδου ∠α. σελίνου σπέρματος κοχλιάρια β. ἐν ὕδατος ξ α. ἕψεται νάρδος σέλινον, ἔπειτα τοῦ ἀφεψήματος μίγνυνται τοῖς προγεγραμμένοις κύαθοι β. Totam igitur hanc dictionem Galeni ille assuebat, expungens uerba Pauli, quae nos in antiquo codice sic scripta reperimus, sententia integra, et dictione, authoris instituto admodum accommodata. Στροβύλους κ. σικύου ἡμέρου τοῦ σπέρματος κόκκους μ. ἀμύλου ∠α. ἀναλάμβανε εἰς κοτύλας β ἀποζέματος νάρδου καὶ σελίνου σπέρματος. Hanc nos lectionem tanquam magis huc aptam Galeni lectioni praetulimus, quum constet hunc autorem non solum artis uniuersae epitomen proposuisse, omissis ijs quae ultro in mentem uenire possent artifici: sed et eorum quae apposuit, breui enumeratione uti uoluisse, ut dictionis compendium totius doctrinae breuitati responderet. quod factum hoc loco fuisse, tam est manifestum, ut nemo nisi caecus non uideat. Huius ego rei cum hoc quoq; in loco pridem admonuissem Andernacum, non aspernandū consilium illi uisum est, nam id est sequutus. Et ut tanto callidius hoc dissimulet, ridet aliquot in locis praeceptum, ubi scilicet uiderit exempla esse quibus haec ratio non conuenit, uelut sicubi manifeste truncatus locus fuerit. Eoq; improbitatis pro- sup. lib. 1.
gressus est quandoq;, ut subindicare ausus sit tanquam cap. 20.
putem, ne ex codicibus quidē restituenda esse quae deesse constet, quod impudentissimum est illum cogitare de nobis nedum palàm scribere. Illum igitur hoc pacto sycophantam agere passim, ferendum est, forsan enim nescit aliter. sed indicādum tamen est tibi lector et non tacendum. Porrò quod ad hunc locum attinet, si cui uideatur adijciendum quoq; esse rebus hic decoquendis suum pondus, uelut habebatur in aeditione priore, et apud ipsum Galenum, sic formanda erit lectio, Στροβύλους κ. σικύου ἡμέρου τοῦ σπέρματος κόκκους μ. ἀμύλου ∠α. ἀναλάμβανε εἰς κοτύλας β. ἀποζέματος νάρδου ∠α. σελίνου σπέρματος ∠α. Haec itaque lectio priori aeditioni est uicinior, et non parum probabilis fuerit, si quis uelit existimare, τὸ, ∠α in scriptura codicis fuisse corruptum in καὶ. Nos in aeditione nostra sequuti sumus lectionem unius codicis, putantes id rectius esse, quam ita ῥαψῳδεῖν. Caeterum ex emendatione huius loci, non exigua coniectura alius quoque locus qui non multo post sequitur. Apud Gale-
uer. 25. sic restitui posse uidetur, ut lectio sit: num habe-
σικύου σπέρματος ἐκκαθαρμένου κόκκους ἀ- tur ca. seq.
ριθμῷ λ. nisi quis malit existimare τὸ ἐκκαθαρ- cuius inscri
μένου

μήλου mutatū fuisse ab aliquo ex κκ. quod significet per abbreviationum κόκκους. Nam & Aëtij interpres nihil uertit aliud quàm, semen cucumeris granorum triginta, sicut pro eo quod nos habemus hic ἀμύγδαλα λελεπισμένα λ. Aëtius habet solum quinq;. Potest etiā suspicari quispiam, ut sit dictionis modus per quem uocula κόκκους nō imprudenter sit omissa, cum numerus simpliciter adiectus semini ad nihil aliud quàm ad grana referri queat, ut sit semen toties repetitum: quales orationes eclipticæ apud authores passim occurrunt. Cur aūt hoc non absurde cogitare possit aliquis, in causa est quod alioqui mirum fuerit, cur in tot locis & in exemplaribus tam uarijs eadem uocula desideretur, ita ut nulla alia reposita in locum sit, quæ in hanc corrupta fuisse uideatur. Idipsum in causa est cur ego eiusmodi cōiecturas in authoribus non uehemēter probare queam. præcipue ubi loci absq; talibus assumentis intelligi possunt. Minime uero omnium uelim talia in ipsam dictionem recipere, si excudēdus mihi sit codex aliquis. Cæterum, quia alius contra sentiet, & malit cōiecturam quāuis leuem recipere, quàm nihil agere, ut solent medici παρηγοροῦντες τισὶ, ἃ οὐχὶ δύνανται θεραπεύειν νοσήματα, apponam locum alium. uersu 22. hic quoq; ex superiore emendatione cōiecturam facientibus legendus ita uidetur. καὶ ἀμύλου β Κ° καὶ σικύου σπέρματος κόκκους ι. quo loco quibusdam insuper uisum est Κ° β pro κοχλιάρια β scriptū fuisse.

XLVI Pag. 104. 40. lege διουρητικῶν. Quod sequitur catapotion est apud Galenum lib. 8. τῶν κατὰ τόπους, cap. περὶ ἥπατος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ παθῶν. Titulus est αἱ ὑπὸ ἀσκληπιάδου γραφεῖσαι δυνάμεις ἡπατικαί. ubi non multum ab initio scribitur καταποτίου, ἡπατικοῖς: ponitur illic τῆς ῥίζης ∠ η. uersu 44. ἐφ' ὧν δὲ τὰ τῆς θέρμης ὑπερτείνεται. Sic enim emendandus est locus, si coniecturā sequi lubeat, id est, in quibus caliditas intenditur. Andernacus non recte obseruauit hic grammaticen, legens θέρμης inflexa ultima syllaba. nam fuißet addendum insuper aliquid, uelut δυσκρασίας, aut tale aliud. Quod si dicat ipse hoc exile esse, cogitet nihilo esse grandius quod ipse facit, emendans οι in η. aliud enim nihil. Sed dicet forte ἀρχίατρον esse supra correctorem, & medicinā non esse sub præceptis grammaticæ, sic enim solet subtiliter disputare.

XLVIII Emenda Pag. 106. 28. legendum ἢ σπυράθους αἰγὸς ἐν οὔρῳ παιδὸς ἢ αἰγὸς, γλοίου πάχος καταπλάσσε. Id est, aut fimū capræ in urina pueri uel capræ, donec strigmenti balnei craßitudinem habeat. est autem sensus: ex stercore caprarum macerato in urina pueri uel capræ, donec uiscidum reddatur & crassum tanquam balnei strigmentum, factum emplastrum & uentri impositum, summe expurgare eos qui hydrope anasarca laborant, reponendum istud, ἢ αἰγὸς quod per negligentiam typographicam omissum fuerat.

& uers. 38. pro τῆς ἀκταίας, id est acteæ legit Oroscius τῆς ἀκτῆς, id est sambuci, è codice uetere. Confirmat lectionem è Dioscoride libro 4. cap. de Sambuco, ἡ ῥίζα δὲ αὐτῆς ἀφεψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη παρὰ τὴν δίαιταν ὑδρωπικοῖς ὠφελεῖ. Adstipulatur Paulus ipse lib. 7. cap. 4. de his quæ aquā euacuant, ἀκτῆς τοῦ φλοιοῦ τῆς ῥίζης ὁ χυλὸς πινόμενος ὅσον ℥ β σὺν οἴνῳ, ὕδωρ ἄγει. Id est succus corticis radicis sambuci bibitus pondere duarum unciarum ex uino, aquam educit. Andernacus ut est in cōiecturis admodum felix, locum hunc corrigere uolens, non paruo errore legebat ἀλθαίας, uertens: ius radicis altheæ decoctæ in uino potui datur. At nihilominus tamē postulare à nobis audet, ut non suspicemur quicquam ipsum subterfugere. & etiam uersu quadragesimo quarto, pro uerbis ἐνεψηθεὶς δ' αὖ καὶ τοῖς πινομένοις ὕδασι quod uerterat Andernacus, coquatur autem ex aqua potabili, legendū esse ait Oroscius, ἐνεψηθεὶς δ' αὖ καὶ τοῖς πινομένοις ὕδασι, id est potaturis coquatur in aqua, ut sensus sit, scillam tostam cum melle tritam linctus modo exhibitā, sine grauitate urinam mouere. aut in aqua decoctam et ebibitam. Andernacus hunc quoq; locum annotauit tacito authoris nomine. Et non multo post, uerba ἢ τῆς ἀκτῆς ῥίζης τοῦ φλοιοῦ ὁ χυλὸς, id est aut corticis radicis sambuci succus, pridem conuerterat, uel altheæ radicis corticis succus, nimirum putans rursus legendum esse ἀλθαίας pro ἀκτῆς, errore quàm graui legentes censeant. Nunc primum agnoscere cœpit τὸ ἀκτῆς sambucum significans, ad hunc locum aptius esse. & uersu quinquagesimo secundo, καὶ χαλκοῦ Κ°, αὐτίκα τὸ ἴσον. lectio codicis est, prior æditio habet χαλκοῦ Κ°. ε, αὐτίκα etc. quod significat χαλκοῦ κεκαυμένου πεντάκις. Nam istud Κ° etiam in scripto codice usurpatur pro κεκαυμένου, alioqui mensuræ est nota.

Pagina centesima septima, uersu uigesimo tertio, ἐπὶ δὲ τοῦ τυμπανίου, τά τε καθαρτικὰ καὶ τὰ τοῦ ὅλου σώματος συντηκτικὰ, περιαιρετέον, καὶ τῶν διουρητικῶν τὰ δραστήρια. In flatulento hydrope, inquit, cauendum est à purgantibus pharmacis, & colliquantibus corpus ipsum, & quæ urinam promouēt potenter. Hic locus in

cus in priore Andernaci æditione hoc pacto legebatur. Quod eligẽda essent eiusmodi medicamenta, errore periculosissimo turpissimoq́;, tamen admodum procliui, ob ambiguam significationem τοῦ αἱρέω, quod & eligere significat & tollere. Cæterum præcipit nobis Andernacus, ut omnino opinemur errorem hunc esse typographi, non interpretis. Et proinde nunc apposuit uocem finitimam, uertens relegãda esse talia pharmaca, ut quiuis facile uidere queat, è qua uoce istud eligenda corrũpi potuerit scilicet. Quod si ita sese habeat, atq; adeo furtim harum inter sese uocum ob similitudinem facta fuerit permutatio, ut ipsum quoque authorem, dum propriam uersionem à prælo cognosceret corrigeretq́;, error tam atrox & periculosus fefellerit: debebat iste in posterum siue Paulo suo, siue ægrotantibus, siue utrisq;, consuluisse diligentius, ne forte hos rursus ita mactaret, illũq; latrociniorum magistrum efficeret. Ergo apponere debebat uocem aliam, in quam ista corrumpi nõ tam facile posset tãto cum discrimine omnium, qui artis auxilium implorant. Videtur itaq; nimium isti placere, uox relegandi, quamuis non nimium apta sit ad sensum authoris exprimendum. Aut putauit forte, melius ita cõsultum fore honori suo, eius solius rationem habendam existimans, parum sollicitus etiamsi artem proderet. Quod autem mihi Parisijs indicauerit sic legendum esse, id ego nescio cur adscribat suis cõmentarijs. si admonuisset medicos eos, qui eius uersione interim usi, (ut sunt nunc omnes ad nouationem artis propensi) miseros ægrotos mactarunt, & pro medicorũ arte sicariorum officinam per errorem exercuerunt, aut si primum recte intellexisset, aut conuertisset, aut ædidisset illis ista, maius erat operæprecium, quàm Gemusæo, pridem hæc cognoscenti, et ipsum forte super hac re interpellanti commonefacientiq́; significare, qualiter non multis mutatis elementis emendari & excusari hoc posset. Risi uero quod subdit, Quasi nescierim quid sit τὸ ἀφαιρετέον:

XLIX quasi uero non infinita alia ignorarit. uer. 52. pro ταυρείου λιπ. legit Oroscius è codice ἐκ ταυρείου, quod nunc primũ adnotaui, quia exemplar antiquum sequebatur lectionem priorem.

Pag. 108. uer. 5. ἐκ νεῴων τερεβινθίνης λιπ. α. In codice nostro deerat ἐκ νεῴων. D. Andernacus præcipit legendũ ἐκ νεῴων λι. α. τερεβινθίνης λι. α. Demonstrat deinde lectionem esse necessariam, inquiens: Oroscius cum Basiliensi hoc neglexit.

uer. 11. γλίσχρους χυμούς. uer. 12. putabat Oroscius legendũ κοχλιῶν, id est cochlearum cinis pro χαλκείων, id est fabrorum cinere, quæ licet coniectura solum sit, uisa tamen est adscribenda. Nam Dioscorides lib. 2. cap. de terrestribus Cochleis hanc sententiam confirmat.

& uersu 17. locũ hunc è codice suo ita emendat Oroscius, ἢ χαμαιδρύου ἢ ἑρπύλλου ὀξυβάφον μετ' ὀξυμέλιτος ἢ ἀναγαλλίδος.

Pag. 109. uer. 40. σικύνης, id est cucumeris. Rectius, inquit Oroscius, uetus codex habet συκίνης, id est ficulnei, consentiente nostro quoque codice. LII

Pag. 111. uers. 30. hoc caput è libro Galeni 14. θεραπευτικῶν, ubi prolixius hæc docentur, & è nono τῶν κατὰ τόπους, ubi magis ad uerbum eadem habentur, est translatum. In cuiuis loci annotatione uerũ & falsum uno halitu efflauit Andernacus. Nam illic legendum esse ἐνεμάτων, testatur tum Paulus hic, tum ipse Galenus libro θεραπευτικῶν 14. Quod autẽ à me neglectus fuerit locus ille aut præteritus, id emẽtitus est Andernacus. testatur hoc epistola Leonharti Fuchsij palàm ædita. LVII

Andernacus mẽtitus

Pag. 112. uer. 18. pro ὄπιον legendum putãt esse οἴνῳ. Quod sit error, probabile est: quod autem sit οἴνῳ legendum, nescitur quis illis dixerit, nihil enim adferunt præter suum αὐτὸς ἔφη. Est tamen lapsus ex una uoce in aliam non parum facilis, sicut ex uoce relegãda in uocem eligenda. Galenus libro nono τῶν κατὰ τόπους, phlegmonas τὰς ἐν ἕδρᾳ prius uino abluit, inde pulueres aspergit, sed additur illic στρυφνῷ. Mirum igitur, cur non ipsum hic quoque apposuerit Andernacus. Credo quod incipiat fieri prudẽtior, quod sanè si faceret, non supra ætatem faceret. LIX

Pag. 113. uer. 15. πονηρῶς ἀποσίτους γίνεσθαι. Abusus hic est Paulus (inquit Thessalus noster) uerbo ἀποσίτους pro ἀσίτους, hoc est ἀτρόφους γίνεσθαι. Ergo Paulus confundit has uoces ὦ Thessale. Cur igitur supra nõ idem aiebas. Miror itaque cur nõ mutarit hic uocem Andernacus in ἀσίτους, ad obseruandam exquisitam significationem. Mirum ni oblitus suijpsius hic fuerit, aut fortè desijt laborare, aut non continens est mania, sed habet lucida interualla.

Andernacus secum pugnans

sup. lib. 1 cap. 1

& uersu 23. pro μελαντηρίας στρογγύλης, mirum ni legendum sit στυπτηρίας ὁ facili lapsu ex uoce una in aliam. nisi quis putet apponendum τὸ ἀντὶ, ut τὸ στρογγύλης solum, alumen significet. quo more etiam τὸ σχιστῆς ponitur. Sed hic opus erat ratiocinatione, nõ coniectura uocũ. Sic pridẽ notauerã, quia codex meus nihil adferebat. Uerũ Thessalus Andernacẽsis superueniens, imperauit addendum esse ἀντὶ. Miror quis illum iusserit hoc, nihil enim

adfert

adfert, ἀμὴ τὸ αὐτὸς ἔφην. & uersu 40. σκωρίας μολύβδου, ῥοῦ συριακοῦ ἀνὰ ∠ η. lectio codicis est, quam confirmat Galenus 9. τῶν περὶ τόπους, capitis titulo eodem, quod prius quoque annotatũ à me dissimulãt Thessali sectatores.

LXI Orosciiis Pag.114.uers.12. In uulgatis exẽplaribus mendose habetur ἀφαιρείσθω δὲ μήτε πλέον Β. S. λιτρῶν, μήτε ἔλαττον μιᾶς, εἴτε φλεβοτομήσαιμεν, εἴτε μὲν τῇ διὰ κολοκυνθίδος ἱερᾷ καθαίρειν. lego in uetere exemplari, εἴτε μὴ, ut sit uertendum, detrahatur uero nõ plus duabus libris cum dimidia, neq; minus una, si phlebotomia fiat. Sin autem non, hiera ex colocynthide purgare expedit. Nec tamen improbarem si legeret aliquis, εἶτα μὲν, ut sit sensus, post phlebotomiã euacuandum esse hiera ex colocynthide. quod ex cõiectura nostra arbitrariũ legentibus relinquimus. Orosciiis. & uers.31. ubi est καὶ πέσσος προστιθέσθω ὁ ἐννεαφάρμακος ἢ ὁ λιβάνινος. mox, πέσσος δὲ οὗτος ἔστω διεξασμένον ἢ ἤτοι σφαιρωθὲν, δακτύλου σχῆμα εἰληφός. Quo loco mihi uisum est quandoq; scripturam ueterum exemplarium sequenti, deesse quippiam, figuram significans & præcedens uocem ἤτοι, ueluti si legatur διεξασμένον καὶ κυβωθὲν ἤτοι σφαιρωθὲν, aut omnino aliud consimile quod sit aptius. Ianus Cornarius in Commentario librorum Galeni περὶ τόπους, legebat hanc dictionẽ absq; uocula ἤτοι, hoc modo. διεξασμένον καὶ σφαιρωθὲν. Quam lectionẽ, si codicis ueteris authoritate fulciretur, magnopere putarem recipiẽdam esse, longe namq; probabilior est, quàm quod alij somniarũt transponendas esse uoces, tanquam lectio uera sit, διεξασμένον ἤτοι καὶ σφαιρωθὲν. Quod rancidum prorsus est, & officinam Thessalorum sapit, quanquam non parum arrideat Andernacẽsibus isthæc

Sed hoc est figulum agere, non castigatorem

lectio. Minus autem fuissent inepti, si docuißent legendum esse ἢ ὃ, sic enim loquuntur Græci lubentius. Sic Paulus infrà lib.4.cap.25. κηρύον βασιλικοῦ παλαιοῦ ἢ καὶ μὴ παλαιοῦ. & nõ multo ante, καὶ τὸ μαστιχελαιῶδες ξηρίον, ἢ ὃ αὐτὸ παραπλησίως ἀνειμένον. & alijs in locis paßim. φαίνεται οὖν παροξυνθῆναι πάλιν ὁ τῶν θεσσαλείων νόσος. & uersu 40. lege. ἄμμι, σίον, quæ semina menses prouocant, ut Dioscorides lib.2.cap.96. et lib.3.cap.72. Item paulo post legendum κεδρίδες, non κορκίδες, astipulante his omnibus nostro quoq; codice. Nã primus hæc annotauit Orosciiis è suo exemplari.

LXII Pag.115. uers.6. pro ἢ κινουμένου αὐτοῦ ἢ ἀποδιά, legẽdum ἢ καιομένου αὐτοῦ ἢ ἀποδιά. Sic non inepte uisum est quibusdam, quare non uidetur ex officina Andernacensiũ prodijsse, quisquis suggesserit. & uersu decimo, κηκῖδα βραθὺ, codicis est lectio. Orosciiis probat magis priorem lectionem, κηκῖδα βραχὺ, id est gallæ parum. Confirmat: quia βραθὺ quæ herba sabina est, hic usurpanda non sit, cum uires habeat penitus cõtrarias huic affectui, emortuos fœtus expellens menstruaq; prouocans, authore Dioscoride in capite proprio. Cæterũ marginibus adnotata lectio, tãquam uaria, per errorem in ipsam dictionem irrepsit. Emenda

LXIII uer.39. uidetur legendũ, δρυὸς τὸ ὑπὸ τῷ φλοιῷ τοῦ πρέμνου τὸ ὑμενῶδες, mutantibus prius τὰ in τὸ. Sed ut posterius τὸ auferas, ut sit lectio, δρυὸς τὸ ἐν τῷ φλοιῷ τοῦ πρέμνου ὑμενῶδες. id non placet, sapit enim officinam Andernaci. Cur autem non potius relinquamus id, sic enim & scripturæ ueteri, & Galeni dictioni uicinior fuerit lectio. τῶν ἁπλῶν 6. περὶ δρυὸς

LXIIII Pag.116. uersu decimoquinto, ἐρρίφθησαν pro ἐρρίφησαν emendat Orosciiis è codice uetere, ut sit sensus. post quintum autem diem emplastrum imponatur ex polline, semine lini, fœnugræco, ex oleo & mulso in quo capita papauerum decocta sint, & à mulsa iam abiecta. Andernacus hoc quoque, ut infinita alia perperam cõuerterat.

LXV & uersu quadragesimo, codex Orosciij uidetur legiße πυρετοὶ δὲ ἄτακτοι μετὰ φρίκης ἐν ταῖς ἐπισημασίαις γίνονται. lectio nostra nihilo uidetur esse inferior. prior erat corrupta.

LXIX Orosciiis Emenda Pag. 118. uersu quinquagesimosecundo. Sic legendus est locus hic. τὰς δὲ αἱμορραγίας ὥσπερ τὰς αἱμορραγίας καὶ τὸν ῥοῦν, id est eruptiones autem sanguinis sicut & profluuium sanguinis & muliebrem fluorem. ut sensus sit, sanguinis eruptionem, quæ in habentibus molam accidit, curandam esse ijs remedijs quibus profluuium sanguinis ab utero, & fluor muliebris, de quibus supra cap.62. & 63. Andernacus pridem cum non assequeretur authoris mentem, putauit scripturam mutandam, & legendum ἅπερ τὰς αἱμορροΐδας καὶ τὸν ῥοῦν. sensu penitus contrario. Codex noster lituram habebat, quam uehementer suspicor Thessalum aliquem induxisse, postquam aliorum probatæ fidei exemplarium scriptura æditioni priori astipulatur, quæ hanc lectionem habet. Notauit enim hunc locũ Orosciiis, è quo traduxit suam sententiam Andernacus, ut solet passim, & dißimulauit, quod ipsum quoq; solet. Pridem annotaueram locum, quod non satisfaceret fuisse mutatum.

LXXI Pag.119. uersu 30. ὑποσπορόντων. Andernacus putabat ὑποπιπτόντων.

LXXII Pag.120. uers.12. legendum λευκαμμώνας, id est inflexos poplites cũ diuaricatis cruribus, author est tum Orosij codex, tum noster.

LXXV Pag.121. uersu ultimo, pro σταγγώδη legit Oroscius τρυγώδη, id est fœculentos, è codice rursus suo.

LXXVI Pag.122. uersu 33. καὶ χόελον αὐασομένων διαιρεῖν. Legit Oroscius è codice præceptoris Pintciani, ἀπεσομούμενον, ut sensus sit: Secundas clausas digitis diuidendas aut ferramẽto polycopo, in ipsis digitis occultato. Confirmat sententiam suam præter lectionis modum aptiorem, authoritate quoq; Auicennæ 21 3.t.2.cap.23.

LXXVIII Andernac9 falso emendat Pag.125. uer.25. Rursus hic affingit nobis aliquid Andernacense cerebrum, fœcundius multo quàm ingeniosius, addit autem uoculã καὶ, ut sit καὶ χωρὶς, quia Paulus præcipiat & in paroxysmo & extra eum, lauandum. Mox clamat, à nobis hoc quoq; fuisse omissum. Et recte, neq; enim putabam mihi id licere in ueterum operibus, præcipue ubi constat sententia, uelut hic est integra, ut uertamus, lauacris utendum esse aquarum dulcium ipso quoq; paroxysmorum tempore, χωρὶς εἰ μὴ τι κωλύοι, præterquam si quid prohibeat. Quid deest huic sententiæ? nisi id solum quod Andernacus non intelligebat phrasim, τὸ, χωρὶς εἰ μὴ τι κωλύοι. Non enim negat extra quoq; paroxysmos esse lauandum, quod tamen ipsum si uoluisset separatim exprimere, magis dixisset, καὶ ἐκτὸς, ut sit sententia ἐν καθ' αὐτοὺς τοὺς παροξυσμοὺς, καὶ ἐκτὸς αὐτῶν. Sapit igitur rursus officinã Andernaci emendatio, & proinde relegãda uidetur esse, ac retinenda exemplariũ scriptura. & uersu 31. ὡς οἷγε φθάσαντες ἤδη πολλάκις ἐβδελύχθησαν, βλαπτοντας. Quo loco miratur

Oroscius. Andernacus Andernacus Oroscium, tanquam dictionem mutarit, quod tamẽ non cõstituerat. Est enim menda typographica imprimentium ἀ pro οἱ. citasset alio qui codicẽ, sic enim solet. Reprehendit itaq; Oroscius Andernacum, quod cum lectionem haberet integram, parum recte tamen illam conuertisset. Mirum est, cur sese ipsum non miretur potius Andernacus, qui cũ haberet superioris loci lectionẽ integram, non solum ausus est eam mutare, sed & annotare est ausus, & cæteris idem persuadere, non adferens rationem probabilem ullam, χωρὶς εἰ μὴ τὸ, αὐτὸς ἔφη.

Pag.126. uers.34. ἕως ἀμύξεως legendum putat Oroscius è codice suo, quod annotandũ duxi, non mutandum.

Pag.128. uersu 10. τερεβινθίνης, προωπτέκτου, id est terebinthinæ, lixiuij, ne quis putet esse adiectum myrrhæ, ut perperam uerterat Andernacus: myrrhæ quæ primum stillauit. & uersu 18. λιθαργύρου ἰὸ ῡ S. Cur apponitur τὸ S?

Pag.129. uersu 48. pro συμμιγέντων ἀφεψήματι, legit Oroscius è codice στίμμεως ἀφεψήματι, id est stibij decocto. Andernacus pridẽ mirificus hic fuit in uertendo, sic enim: parte affecta spissamentorum decocto prius delibuta, nunc magis est admirabilis in diuinando, legit enim θέρμων, id est lupinorũ, pro στίμμεως, id est stibij, et demõstrat hanc coniecturã esse ueram, quia apud bonos authores de metallorum coctione, in hac re præsertim, nihil reperiatur. Subtilis cõiectura, & adhuc subtilior demonstratio. Nam necessario sequitur, de decoctiõe stibij nihil est apud authores, ergo legere hic oportet θέρμων, lupinorum. est enim magna similitudo harũ inter se uocũ. Quam uero similis semper sui pergit esse Thessalus hic, λίαν ἀπραγμόνως καὶ πρόχειρως πάντα λέγων καὶ γράφων. LXXXI Andernacus

E LIBRO IIII. ANNOTATA.

Pag.132. uers. 10. πρᾶον καὶ ἄνθον, sic habent codices omnes. & uer.17. Ianus Cornarius libro Commentariorum τῶν περὶ τόπους 2. ita scribit. Paulus Aegineta lib. quarto, cap. 1. luctæ genus quo colla mutuo petuntur ad strangulationem minandam, ἀγκτῆρας appellasse uideri posset, καὶ γυμνάζεσθω, inquiens, ποικίλως τὰ μὲν ἀφαλλόμενος, τὰ δὲ πλείον ἀγκτῆρσί τε καὶ κωρύκῳ χρώμενος. Sed minime gẽtium sic res se habet. Est enim locus ipse corruptus, & pro ἀγκτῆρσι legendum est ἁλτῆρσι, ut sit sententia, exercitetur autem uarie, partim saltu, partim & quidem amplius Halteribus & follis usu. Videntur autem fuisse ἁλτῆρες, massæ ac moles lapideæ, aut ex metallis conflatæ, ansa ac manubrio addito, quo commode leuari possent, quales sunt quibus ponderum loco publice utuntur hodie, in ualde ponderosis rebus ad libram expendendis. Indicat enim Galenus libro secũdo ὑγιεινῶν, exercitium per halteres tale fuisse, ut orgyiæ spacio dissiti halteres in unum locum deponerentur ita ut à stante in medio ipsorum prono attollerentur, dextra manu à sinistra situs, sinistra uero is qui à dextris, atq; sic in proprium locum deponerentur, idq; firmato gradu sæpe et identidem faciebat, qui sic exercebatur. Hunc autem motum obliquas spinæ partes magis exercere idem testatur. Sed adscribam ipsa de hac re Galeni uerba. ἔνιοι μὲν καταθέντες ἁλτῆρας ἐν τῷ πρόσθεν διεστῶτας ἀλλήλων ὀργυίαν, ἔπειτ' ἐν μέσῳ ἱστάντες αὐτῶν 1

τῷ τῶν ἀναφερούντων προκύπτοντες, τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ, τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, τῇ δὲ ἀριστερᾷ, τὸν ἐν τοῖς δεξιοῖς, καὶ αὖθις ἑκάτερον εἰς τὴν οἰκείαν κατατιθέντες χώραν, καὶ τοῦτο ποιοῦσιν ἐφεξῆς πολλάκις ἀτρεμίζοντες τῇ βάσει. τὰ δὲ πλάγια μέρη τῆς ῥάχεως ἡ κίνησις ἥδε διαπονεῖ μᾶλλον. Idem Galenus lib. 5. eiusdem operis, halteres inter gymnasia, quib. supernæ partes exercētur, recenset. Sic enim ait, Βελτίω τὰ διὰ τῶν ἄνω μορίων γυμνάσια, χειρονομίαι τε καὶ ἀκροχειρισμοὶ, καὶ δισκοβολαὶ καὶ ἀλτήρων χρῆσις. Et lib. 6. his uerbis, γυμνάζεσθαι δὲ γυμνάσια, τὰ διὰ τῶν ἄνω μορίων μᾶλλον, ὁποῖόν ἐστι τό, τε διὰ τῆς μικρᾶς σφαίρας, καὶ τὸ διὰ τῆς μεγάλης, καὶ τὸ διὰ τῶν ἀλτήρων. Porrò Martialis poëta quum ait, Halteres agili rotat lacerto: uidetur rotare dixisse, quod dextra manu à sinistris situs halter leuaretur, & uiceuersa: quāquam idē exercitij genus in apophoretis rideat, inquiēs.

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti,
Exercet melius uinea fossa uiros.

Differunt autem ἀπὸ τῶν ἀλτήρων ἀλκτῆρες dicti, de quibus Galenus ὑγιεινῶν 2. καὶ μὴν δὴ διὰ χειρῶν ἔνεστι ὀξὺ γυμνάσιον ὁμοιότροπον γυμνάζεσθαι, χωρὶς τοῦ κατέχειν ἀλκτῆρας. & uidentur cuspides ad utrumq; extremum plumbeam pilam annexam habentes, quibus etiamnum hodie utuntur funambuli. Et de his latius apud Artemidorum reperias lib. 1. περὶ ἀλτήρων μὲν capite 57. de somniorum interpretatione: de Alcteribus autem cap. 59. talia Cornarius in loco à nobis citato scribit cum alijs non paucis, quibus adeò similia sunt quæ super hoc loco cōmentus est Andernacus, ut iurare quis poßit animam Cornarij in eum immigrasse cum hæc scriberet, quemadmodum alijs in locis Oroscij anima per eum paßim loquitur. Sed hoc existimandum est cum Pythagoricis esse commune illi, quemadmodum τὸ, αὐτὸς ἔφα. & uer. 38. ἢ τὸ πρὸς ἄλφους δι' ἀλκυονίου καὶ νίτρου καὶ μυρσίνης καὶ θείου καὶ συκῆς ἀγρίας φύλλων ξηρῶν. quo loco Aldus legebat σμύρνης pro μυρσίνης. Et Oroscius putat legendum σικῦς ἀγρίας, id est cucumeris syluestris, sed per coniecturam tantum, sic exigente, ut inquit, ratione.

III Pag. 134. uer. 8. ὄξους Κυ. codex habebat Κο: & uersu 12. ἐλλεβόρου λευκοῦ ἀνὰ ∠ κ. aut deest quippiam, aut abundat τὸ, ἀνά.

VIII Pag. 136. 24. ἁλὸς ∠ ς. sic habet scriptum
IX & impreßum exemplar. & uersu 35. multum subtiliter annotarūt legendum esse προσφορὰν, apponentibus τὸ, σ.

Pag. 137. uersu 1. legendum putat Oroscius XI
ᾠοῦ τὸ λευκόν, id est oui candidum, non ᾠὸν ὅλον. Dioscorides lib. 2. cap. de Ouo de eius candido. κατακαύματα δὲ οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι παραχρῆμα ἐπιχρισθέν. uersu 38. ἐλαίου Κο XIIII
α. S. habet codex.

Pag. 138. uersu 30. κηρωτῇ καὶ ἀλφίτων. XVII
Videtur aliquibus locus hic emendandus è Galeno libro ad Glauconem 2. ubi ait, καταπλάττειν pag 209.
δὲ δεῖ διὰ τοῦ ἀειζώου καὶ λεπισμάτων ῥοιᾶς uers. 49.
ἑφθῶν ἐν οἴνῳ τε ἔτι τε ἀλφίτων συγκειμένῳ.

Pag. 139. uer. 1. εἰ δὲ ἐπιτεῖναι βουληθείης XVIII
μᾶλλον. In Galeno, inquit Oroscius, lib. ad Glauconem 2. cap. de Absceßibus legitur, εἰ δὲ ποτὲ ξηρᾶναι βουληθείης μᾶλλον, tanquam hunc locum iuxta illam lectionem mutari conueniat. Sed ego puto idem esse cum lectione Pauli, præparat enim facultatem medicamenti siccātem, quæ dum intenditur, siccat uehementius, unde rectè sequitur, προσέχειν δὲ ἀκριβῶς, μὴ διὰ τὸ ξηραίνεσθαι σκιρρῶδες γίνηται τὸ μόριον. quod neutram lectionem magis cōfirmat, cum sententia ubique eadem sit. & uers. 4. pro ἢ ἀλθαίας. habetur inquit Oroscius apud Galenum libro 2. ad Glauconem ἢ ἀστέρου commodiore ni fallor sententia. & uer. 17. lege καὶ ἀπονίψαι pro ἀπονῆψαι, quem errorem non animaduertisse uidetur Andernacus, erat enim ipsius officina ualde dignus. & 48. Emendant commentatores locum hunc, pro ἀπὸ σκύμματος legentes ὑπὸ ἀποσκήμματος, quod ut non improbo, ita non uehementer suspicio diuinationes, & ut ipse hoc agerem pridem, præter institutum sanè fuit meum.

Pag. 140. uer. 1. ubi legitur περὶ ὧν νῦν λέγομεν. mox incipit oratio Narrantis, τῆς τῶν ἀποστημάτων γενέσεως. Et quod illi apponere uolebant uoculam δὲ, ut sit lectio τῆς δὲ &c. rancidum est, & Andernacensem officinam sapit, nam initium huius Narrationis uitiat, & cum eo quod sequitur, ἔστι δὲ, non omnino bene cohæret. & est figmentum tantum nusquam in rerum natura, aut in codice ullo inuentum, quare non puto huc esse recipiendum. & uersu 26. sic restituit lo XIX
cum Oroscius è codice suo uetere, καὶ ἐκβάντες Oroscius
ἀπορρυῆναι τὸ αἷμα, τῶν φαρμάκων ἐπιτιθέναι τι χρὴ τῶν πρὸς τὰ σηπόμενα χρησίμων. ἔστι δὲ ταῦτα, δι' ὀξυμέλιτος ἄλευρον ὀρόβων ἢ αἰρῶν, ἢ τὸ &c. Confirmat exemplaris sui fidem è Galeno libro ad Glauconē 2. & Oribasio lib. 7
ca. 27 sæpe cogitaui quid facturus fuerit Ander Andernacus
nacensis, si tales locos nobis ea industria restituisset. Nemo potuisset eius petulantiam sustinere.

XX Pag.141.uers.5.pro Κʒ ζ. habet Oribasius lib.7.cap.33. Κʒ ἥμισυ, id est cyathum dimidium.legentes utram malint lectionem sequantur. Sic Oroscius. Andernacus suppresso nomine authoris,idem annotauit, et ut aliquid nouaret,iubet priorem lectionem tolli. Miror quis eum id iusserit,neq; enim Oroscius. & uer.9.sic puto locum hunc emendari posse,contra quam commentatores annotarunt,ut legatur, κηροῦ ℥ δ. μυρσίνου ℥ ϛ. στεαρίας μολύβδου ℥ δ. οἴνῳ ἀνιεὶς καὶ τρίψεις. Nam uicinius hoc est scripturæ,quā quod illi legebant οἴνῳ δεῖς. Sic infrà pagina 142.uersu 22. κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ἕλκους εἶδος θήσομεν σφοδρῶν τι φαρμάκων, οἷόν ἐστι τό,τε ἀνδρώνος καὶ πολυείδου καὶ τὸ πασίωνος, ἀνιέντες αὐτὰ γλυκεῖ. Item uer.24.καὶ τὸ μαστιχελαιωτινὸν ξηρίον,ἢ ὃ αὐτὸ παραπλησίως ἀνειμένον. Porrò uidetur istud μυρσίνου ℥ ις. corruptū fuisse, & aut legendū esse ℥.ϛ. aut quod uicinius est ueteri scripturæ ℥.ι.S.ut ϛ.ex S.corruptum sit.

& uer.15. λιβάνου, χυτῆς ∠ α. iubent apponi ἀνὰ, nullam tamen adferentes scripturam, quod est facile existimanti licere ueterum scriptis apponere quæ quisque uelit. Quod autem insuper huc adnotauit Andernacus, cū grauitate quadam increpans nos, quod fuerimus negligentes, distinguendum enim fuisse post λιβάνου. id uero supra modū perterrefecit nos. Deus bone, si persequendi mihi forent, & enumerandi loci omnes, quos in hoc libro restituimus, usq; ad distinctiones & pun-

XXI cta,infinitum fuerit. & uer.49.pro ὀπιοῦ, quæ lectio nostri codicis fuerat, legit Oroscius è codice suo ξυστοῦ, ut sit ξυστοῦ ἰοῦ æruginis rasilis. Aldinus codex fuerat mendosus, habens ὀστοῦ ἰοῦ. Qur mihi non tam placeat Oroscij lectio, quàm emendatio nostra in causa est, quod sequi de-

Andernacus beret ξυστοῦ uoculam ἰοῦ, si eius esset differentia. uidetur itaq; rectè legi μύσιος, ut nos habemus. quam lectionem etiam sequutus Andernacus, callide tacuit rursus hic.

Andernaci error nouus Pag.142.uer.1.κηροῦ ℥ ε.lectio codicis est, Aldina æditio habebat μυροῦ, id est unguenti. quod Andernacus et pridem, & nunc postremum iterato errore cōuertit, unguenti quincuncem, nō addens quale sit unguentū istud, supra quam quod nihil addit, quod emplastri formam inducat. &

XXIIII uer.51. pro ἄνω κάτω docet Oroscius legendū è uetusto codice ἀνωτάτω. Confirmante id Oribasio lib.7.cap.36.

Pag.143.uers.24. uehementer oculatus hic fuit Thessalus noster, q potuit uidere istud εἰ corrigendum esse in ἢ. Si idem supra cogitasset, potius emendasset ἢ καὶ, quàm ἤτοι ὃ, quandoquidem diuinare uoluit rursus. & quod mox præcedit γλισχώδους, scriptum habet μελιτώδους.

Pag.144.uer.13. οἷόν ἐστι τὸ ἐπίθυμον πλῆθος ℥ δ. Non parum hic placet, quod putāt legendum esse ∠ δ. ponunt etiam hodie pulueris eius Arabes, minimā dosin ∠ ϛ. maximā ∠ ζ. ut hæc à Paulo aßignata dosis media sit aut propè. Sic prius quoq; annotaueram. Quare miror uehementer hic quo pacto subierit Andernaco ea admiratio, cur hæc nō aduerterim, nam nō solū animaduerti, sed & reliquis àdnotatis adscripsi, in ipsam Pauli dictionem hæc non redigens, quia carebam fide exemplaris. Quid igitur isti contigit, ut ita adnotaret? uidetur præ impotente quodam calumniandi studio ita excæcatus, ut quæ falsa sunt, à ueris discernere nequeat, aut Mercurio forte iurasse, se singulorum librorū annotatis sua mendacia adscripturum. & uer.35. τὸ κατὰ χόνδρος πάθος, sic legendum non πλῆθος, ut est apud Galenum falso. Cæterum eam lectionē sequitur interpres Galeni. Locus est lib.2.ad Glauc.cap.de Oedemate. Sic pridem annotaueram, ueritus ne quis Andernaci annotatiunculam sequutus, Paulum emendandum esse putaret. Nam ille, quamuis idipsum nō faceret, tamen non iubebat etiam Galeni lectionem emendari, ut nunc facit diserte, postquam scilicet impressus est in Germania, alioqui periculum fuerat, ne rursus Paulum hunc laceraret potius, quàm illius locum ex hac scriptura emendandum doceret. & uer.48. Hic locus est è lib.2.ad Glauconē,cap. de Splene indurato, neq; Paulus hic est imminutus, ut putat interpres, aut totū caput huc transferamus. dixi quid sentiendum sit hic. Sic annotaueram pridem, quia Andernacus mirabiliter emendabat, adijciens è Galeno quæcunq; in mentem illi ueniebant. XXVI

Andernaci impudens mendaciū

XXVII

Andernacus

XXVIII

Andernacus

Pag.145.4. ἢ σελίνου σπέρμα. hic addidit Andernacus è Galeno, ἢ πετροσελίνου. nec falso; nam Galenus id apponit, sed cur non hæc etiā addit, μαράθρου, σίνωνος, ἀνήθου, λιβυστικοῦ, σεσέλεως, δαύκου, καὶ σφονδυλίου? nam & hæc illic sequuntur. Cæterum Paulus uniuersalem formulam curationis præcipit, διὰ λεπτομερῶν ὃ θερμῶν, quæq; sequuntur. ac satis habuit exempli loco his tribus, quæ reliquorum memoriam suggererent. poterat & plura apposuisse, sed exemplaria nō habent, nec ratio cogit. sed tales lo[illegible]s aliquam multos is auget. Et hoc pridem annotaueram, nam quæstionem uidebatur habere & multiplicē quandam, istius emendatio. Primum cur locum putaret augendum, cui nihil deesset. Deinde, qua affinitate iun- Andernacus

te iunctum illi foret istud petroselinum, ut præ cæteris quæ septem numero sunt, promoueret huc solum. Sed nulla suberat ratio, nam per imperitiã et temeritatem ipsi exciderant, quod inde constat, quia prudentior nunc factus, locum hunc emendari non præcipit. Sed totus Mercurialis rursus est, quemadmodũ enim paulo ante mendacia scribere, ita nunc dißimulatorem agere pergit. Neq; disputat hic subtiliter aduersus nostram regulam, de doctrina compendiaria, ut alijs in locis est solitus, in quibus id non conuenit: neq; tamen uel uno uerbo significat, quicquã recte pridem à nobis hic fuisse traditum. Si enim perperam hæc docuimus, quur nunc sequitur? sin recte, cur adeo hic tacet, alijs in locis regulam carpit paßim? & uersu 13. pro σβέσβυ τίτανον legit Oroscius ex Oribasio libro 7. cap. 40 unde sumpta sint ista, ἄσβεστον τίτανον, id est calcem uiuam, apparet ipsius quoq; codicem nihil hic præstitisse. & mox, legendum uidetur καὶ ἔμπασσε, sublato elemento λ. quod uehementer miror ab Andernaco fuisse præteritũ, fuerat enim ipsius officinæ aptißimum istud. Sed uidetur id non aduertisse, occupatus nimiũ in con-
Andernacus sultãdo, utrum præstaret Pauli locum superiorem è Galeno emendari, ac legi πλῆθος pro πάθους. an contrà, è Paulo Galenum. & ubi ab hac consultatione sese absoluisset, succeßit alia cogitatio statim, qualibus uirgis cedendæ Linacro nates essent interpreti, quod locum scilicet nõ recte conuerterit, & quamdiu: quorum pridem nihil cogitauerat iste. Hisce igitur cogitationibus occupatus, nunc primum totius huiusce loci emendationẽ, per obliuionẽ præterijt. Si quis ita uirgas pararet Andernaco, pro pœna eorum quæ per imperitiam arrogantiam'ue in hunc authorem peccauit, quid erat de ipso futurum?

XXXII Pag. 146. uer. 18. ἤγουν τοῦ συχνοῦ. Nescio
Andernacus quid fabuletur rursus hic, Andernacus de separanda uoce ἤγουν in uoculas duas. opinor ne quis putet esse imperfectum præteritum à quodam uerbo
XXXIII eius formæ. ἤγουν, ἤτοι Hesychius. & uer.
Andernacus 29. pro καρδαμώμου legi iubet Andernacus καρδάμου. Et uidetur transformatio rursus facta, supra enim non multum intererat utrum legeretur, nam eandem habebãt ferè facultatem. forsan igitur desierunt nunc eandem habere. uellem apposuisset regulam nobis, quando habeant eandem fa-
Andernacus temerarius cultatem, quãdo non habeant. & uer. sequente 30. hic rursus Andernacus nimium procliuis ad mutãda ueterum scripta, ad ingenium redit suum, ex σκληρὰς fingens σκληρείας, sensu inepto & minus cohærente. Lectio exemplarium sanior est, τὰς σκληρὰς διαφορεῖ, τὰς μεταβεβλημένας ῥήσσει. Pharmacum, inquit Paulus, strumis impositum, eas quæ duræ sunt discutit, quæ in pus sunt conuersæ, rũpit. Quid deest huic sententiæ? nil nisi quod aptior est dictio. Sed iudicet lector, nõ iste.

& uers. 39. ἀμμωνιακοῦ δ'. ∠β. Codex ∠ζ. habet, quod magis placet, sic prius annotaueram. Et meminit eius in suis Cõmentarijs Ander- Andernacus
nacus. Nam ita ait: Gemusæus è codice Ruellij ∠ζ. legit, à quo hic non dissentio. Et miratus sum uehementer. Subijt enim, cur aut non prorsus tacuisset, ut alibi paßim facit. aut saltem adiecisset hoc: sed textum tamen græcum ædidit uitiosum. Nam talibus appendicibus sese oblectat.

Pag. 147. uer. 11. loco τοῦ η. codex habet κ. XXXIIII
in reliquis conuenit. & uer. 18. ἥτις δὲ ῥοῦ ξ οἴνου λευκαινομένη, scriptum est in codice Oroscij integris literis.

Pag. 148. uer. 3. legit Oroscius è codice suo XXXVII
ἄχνην ἀλεύρου pro ἀράχνην, id est miscere oportet tenuißimum farinæ puluerem qui à pariete molæ propinquo assumatur. Oribas. lib. 7. cap. 1. λαμβανόμενον τὰ ἐκ τοῦ τείχους πλησιάζοντος μύλης.

& mox uer. 5. πρὸς δὲ τὰ πρεσβυτικὰ ἕλκη ἀνάγαλλις ποιεῖ μετὰ κηρωτῆς. κριθαὶ λευκανθεῖσαι. Sic rursus Oroscius è codice, adstipulante itidẽ Oribasio loco citato. Quam sunt hæ emendationes dißimiles diuinationibus istorum. Aduerte tamen rursus hic, ne te decipiat Andernacus, iubens expungi, τὸ, ποιεῖ una cum uoce ἀνάπαλιν, quod non est institutum Oroscij. Voluit enim τὸ ἀνάγαλλις fuisse corruptũ in ἀνάπαλιν tantum, non in ἀνάπαλιν ποιεῖ, ut Andernacus annotauit: sic suprà quàm quod dißimulat beneficiũ
Oroscij, etiam istud corrumpit. & uers. 26. XXXIX
ὕσσωπον, ita habent exemplaria, quod putant esse corruptum pro οἴσυπον. Sed & infrà pagina 284. 10. & pag. 285. 41. & pag. 286. 31. & pag. 289. 36. ὑσσώπου habent exemplaria, nimirũ pro οἰσύπου. Hermolaus lib. Corollarij 2. putat non imprudenter hæc cõfundi, ut nunc ὕσσωπον nunc οἴσυπον scribant, non herbã significare uolentes, ac proinde excogitatam fuisse adiectionem pharmaci aut herbæ, uelut cum ὕσσωπον significant, adijciunt βοτάνην. cum autem οἴσυπον, addunt pharmacum. Quanquã non omnis œsypos sit pharmacum, ut quis poßit defendere has differentias adijci, non ut distinguant inter οἴσυπον & ὕσσωπον, sed primas differentias per orthographiã cõstitui, adiectiones aũt, esse οἰσύπου differentias, quod nunc compositũ pharmacum significet, nũc simplex, id est ἔρια ῥυπαρά,

atq; hoc nullam adiectionē habere, illud autem aut pharmacū, aut ceratum, ἢ τὴν ὑγρῦ περικειμένην ἔχειν διαφοράν. Hasce igitur differētias οἰσύπου esse, quod ab herbæ appellatione orthographia distinguatur. Quanq̄ Paulus in descriptione φαρμάκου τοῦ οἰσύπου lib. 7. non contentus scripsisse ὕσσωπον addit βοτάνην, fortè ne corrūperetur ab ignaro in οἴσυπον. Sic annotaueram pridem, & satisfacere potuerat Andernaco, ut in septimi libri capite 17. intelligeret cur hæc non mutassem, nisi maluisset sycophantam agere, q̄ id discere quod nescire planè uidetur, id est uel semel boni uiri officium præstare.

Andernacus pergit esse sycophanta

XLIIII Pag. 150. uers. 9. λεπίδος σιδήρου ∠ 5. Codex ∠ 15. & uer. 27. οἷον σμύρνα, λιθαργύρος. Aëtius pro myrrha, uidetur legere myrtus, non omnino malè. nam ulceribus conglutinandis, si Dioscoridi credimus, efficax est. præterea astringit & siccat citra rosionem, quod proposito conducit. facilis erat lapsus σμύρνα ex μυρσίνη aut μυρτά. Hæc Andernacus, & miror quis eum fecerit tam religiosum. Sed & hoc miror, an myrrha illi, proposito conuenire non uideatur, cur igitur infrà non emendat, τὸ, σμύρνης ξηρᾶς.

& uersu 40. pro ℥ π. puto legendum ∠ π. Sic annotaueram pridem, perperam enim uidebatur mihi legi, ψιμμυθίου, λιθαργύρου ἀνὰ ℥ π. pondere, cætera quæ sequuntur nimium excedente. Ergo non uerè scribit hic Andernacus, quod Oroscius et Gemusæus noluerint hoc annotare.

Andernacus non uerus hic

& uer. 47. χαλκοῦ κε. ἀνὰ ℥ α. Codex Ruellij non habet pondus hic, si quis id sequatur, referendum fuerit ad præcedens aut sequens pondus, ut sit ἀνὰ ∠ α. sic annotaueraā pridem. Cæterum diuinatores uidentur affirmare in Lascaris exemplari reperisse se ita scriptū, ἀνὰ ∠ α. quemadmodū uersu mox præcedente, id est 46. καδμίας ∠ 5. pro ℥ 5. Miratus sum eos, ueteris scripturæ fidem adferentes. Est enim ipsis perquā rarum hoc, tamen adhuc dubito an fidē codicis habeant, non enim palàm id affirmant hoc loco, sed in præcedente tantum uersu 40. coniecturam nostram è Lascaris exemplari confirmantes.

XLVI Pag. 151. uer. 27. lege μολύβδου κεκαυμένου καὶ πεπλυμένου ἀνὰ ∠ α. quanq̄ non displiceat τὸ ἀνὰ ∠ δ. si haberem fidem exemplaris. Sic annotaueram, quia Andernacus uerterat ∠ δ. nunc rursus facit ∠ α. ut mirum sit cur ita sit uarius.

XLVIII & uer. 41. Hic admonent legendum esse καταῤῥέοντι, & confirmat diuinationem hanc & loci huius sententia. & Galenus ipse lib. ad Glauc. 2. sic enim: πρὸς μὲν γὰρ τὴν ἄνω χώραν ἀνατεταμένου τοῦ κόλπου, ῥαδίως ἐκρεῖ διὰ τοῦ στόματος ὁ ἰχώρ. κατὰ ταύτης δὲ ὄντος αὐτοῦ, μένων ἔνδον ἀναβιβρώσκει τι τῶν συνεχῶν. Et mox, δι᾽ ὃ σχῆμα δ᾽ ἀνύσῃ ποτὲ ἐπὶ τὸν ἀναῤῥέοντα κόλπον ἐργάσασθαι καταῤῥέοντα, ἐπὶ τὸν καταῤῥέοντα ἀναῤῥέοντα. pag. 217. uer. 31.

XLIX Pag. 153. 4. μετὰ μελικράτου. Codex habet μετὰ μέλιτος, quod magis placet, nam sequitur καθαρωτάτου.

LIII Pag. 154. uer. 2. εἰ μὲν γὰρ ταχέως σαρκωθῇ. Ratio est cur uelit celeriter uulneri carnem induci, nam id si non fiat, periculum esse ἀνευρύσματος. Videturq; legendū εἰ μὴ γὰρ ταχέως σαρκωθῇ, ut sit locus à contrario. Sic pridem annotaueram, nam emendationē hanc uerborum sequentiū sensus exigit necessario, & facilis est error scribentis μὲν pro μὴ; & confirmat hanc ipsam lectionem Galen. lib. θεραπευτικῶν 2. è quo loco hæc omnia ad uerbū sunt desumpta, sic inquiēs. pag. 85. uer. 17. ταῦτα δὲ πράξαντα, σαρκοῦν δεῖ τάχιστα τὸ τραῦμα, πρὶν ἀποῤῥυῆναι τοῦ ἀγγείου τὸν βρόχον. εἰ μὴ γὰρ φθάσειεν ἡ ὑποτραφεῖσα σὰρξ στεγνῶσαι τὸ περιεχώριον τῆς ἀποτετμημένης ἀρτηρίας, ἀλλ᾽ εὑρεθείη που χώρα κενή, τὸ καλούμενον ἀνεύρυσμα γίνεται. sic uertit Linacer. His peractis, implendum carne uulnus quāprimum est, priusq̄ uinculū à uase decidat. Nisi enim producta caro, prius locum qui circa præcisam arteriam est, impleuerit: si locus aliquis uacuus superfuerit, utiq; quod Græci aneurisma dicunt, sequitur. Nō igitur rectè, neque pridem, neq; nunc postremū, locum hunc uertit Andernacus, ita reddēs: si enim subito carnem cōtraxerit, & locus alibi inanis reperiatur, aneurisma sequitur, tanquā uera sit lectio εἰ μὲν γάρ. Quod si aliud nihil, admonere eum poterat impedita & sibijpsi repugnans uerborū sententia, quàm ipse nobis & pridem conuertit, & nunc nouißimè repetijt, perperam omnia.

Andernaci error nouißimus

LIIII Pag. 155. uer. 42. Non inepta cōiectura est, ut legatur ὁ μὲν κίνδυνος τῆς σπασμοῦ μείζων Gal. lib. θεραπευτικῶν 2. τῆς ἐγκαρσίας τρώσεως τῶν νεύρων μνησθῶμεν, ἐφ᾽ οἷς καὶ ὁ κίνδυνος τοῦ σπασμοῦ μείζων, τῆς μὲν φλεγμονῆς ἐκ τῶν τετρωμένων ἰνῶν εἰς τὰς ἀτμήτους διαδιδομένης, τοῦ σπασμοῦ δὲ, διὰ τὰς ἀτμήτους γιγνομένου. τὰ μὲν δὴ τῆς θεραπείας τοῦ ἕλκους ἐπὶ τούτοις τὰ αὐτά. E quo loco Andernacensem sutorem nihil assuisse uerbis Pauli mirum sanè est, nisi id sit quod dicebam, nō esse continentē ipsius morbum, ἀλλὰ προξενῆσαι ποτέ. pag. 98. uer. 44.

LVII Pag. 157. uer. 22. μετὰ παλμῶν, habent omnia exemplaria: hoc pridem annotaueram, quia Andernacus nescio quo genio admonitus, uerterat, cum

rat, cũ conuulsione, ac si foret, μετὰ σπασμῶν. Nunc ut uideo, pristinam lectionem restituit, uertit enim, cum palpitatione. Si pridem habuit exemplum ueteris scripturæ, miror cur illam nunc non adnotarit, sin è cerebro affinxit talem lectionem, temeritatem hominis demiror. & uer. 24. legit Oroscius è codice μετὰ περιψύξεως τῶν ἄκρων, id est cum frigore extremorum.

E LIBRO V ANNOTATA.

I Pag. 161, uers. 1. Nõ est absurda diuinatio ut τὸ, ἀγρίου adijciatur περὶ κυμίνου, sed Chalcographus uoluit sua edere ad fidem exemplarium, non arbitrium cuiusq. illam cõmunicamus nos, sequatur quisq; quod uolet. Sic annotaueră pridem, nunc appono rursus, non quod mihi tantopere placeat coniectura ista, quæ ne authori quidẽ suo placere uidetur amplius, sed ut constet quid cõstituissem præstare, nempe fidem ueteris scripturæ communicare cæteris: & ut manifestior sit lectori, istius malicia ubiq; exprobantis, quod non eadem temeritate in hoc authore passim expaciati simus.

Andernacus

II & uers. 33. Locum hunc corruptũ esse palàm est. At si coniecturis illi sit medendũ, sic legendum esse non perperam uidebitur, ἢ ἀσφάλτου, ἢ παλιούρου, ὡσαύτως δὲ παλιούρου ἀφέψημα. Adstipulatur huic lectioni, quod in eiusmodi affectibus ueteris rhu decoctum, aut ipsum rhu non celebretur, cum & herbæ paliuri usum & eius decocti, utrumq; seorsim commendarint authores. Dioscorides lib. 1. de herba, δὲ πρὸς ἑρπητῶν δήγματα ποιεῖ. Et non multo post, τῶν δὲ φύλλων τὸ ἀφέψημα ποθὲν, θανασίμοις δὲ θηριοδήκτοις βοηθεῖ. Idem lib. 6. cap. 55. quod eodem titulo inscribitur, cum hoc præsente capite, ὡσαύτως δὲ ἄσφαλτος δὲ πλατάνου χλωρὰ σφαιρία, καὶ παλιούρου ἀφέψημα. Confirmat autem coniecturam hanc uehementer, quod cum locus manifeste corruptus sit, integrã & ueram sententiã ita retineat, ut à uetere tamẽ scriptura minimũ abscedat hæc lectio: neq; parũ facere huc uidetur, cum longa sit περὶ ῥοῦ apud Dioscoridem mentio lib. 1. cap. 128. & apud Galenum lib. Simplicium 8. & apud Aëtium lib. 1. apud hunc Paulũ lib. 7. quod nulla tamen reperiatur facultatũ eius distinctio iuxta hasce differẽtias, παλαιὸν, οὐ παλαιὸν, & magis etiam diceretur χ` ωρὸν ἢ ξηρόν. Et neq; inter talia auxilia ab ipso Dioscoride recensetur lib. 6. cap. 55. ubi tradit quæcunq; cõmuniter à uenenatis animalibus percussis auxilia conducunt, quo loco paliuri decoctũ recensuit. Rhus syluestris tantum apud Plin. traditur, herba folijs myrti, quæ tineas & uenena pellat.

Pag. 162, uer. 41. ἐν κυπρίῳ ἀγγείῳ, id est in cyprio uase, ex ea enim insula in omnes medicinæ usus laudatur æs. Sic Oroscius è codice uetere restituit. III

Pag. 163, 33. legit Oroscius è scripto codice ἐπιπλάσσειν pro ἐπιπάσσειν. Cõfirmãte Diosc. li. 6. ca. 58. & uer. 36. Deesse hic aliquid significat disiũctiua, ἢ, est aũt probabile quod aiunt desiderari φύλλων, ut sit lectio δὲ χλωρῶν κυπαρίσσου φύλλων ἢ σφαιρίων τὸ ἀφέψημα. Dioscorides lib. 9. cap. 58. καὶ τῶν χλωρῶν τῆς κυπαρίσσου σφαιρίων τὸ ἀφέψημα κιρνάμενον μετ᾽ οἴνου. Aëtius addit folia lib. 13. cap. 18. Cornarius ex eodẽ, cupressi folia, aut pilulas tritas cũ uini aut olei hemina una, à phalangio percussis dato. & uer. ult. In Diosc. lib. 6. cap. 60. à quo hæc omnia exscripta uidentur, sic legitur. μετὰ δὲ τῶν ἁρμόζει λεῖος ἐπιτιθέμενος ὁ σκόρπιος σὺν ἅλατι δὲ λινοσπέρμῳ δὲ τῇ ἀλθαίᾳ βοτάνῃ. Auic. 6. quarti t. 5. cap. 4. Pauli lectionem sequitur his uerbis: & iterũ semen lini aut semen altheæ, aut ambo cum sale. Sic enim habent Bellunensis castigationes, semen lini, non raphani semen, ut in alijs falso legebatur. De octo scorpionũ generibus copiose apud Nicandrum uidere licet. Oroscius. VI

Oroscius

Pag. 165. 24. πεπέρεως ἀνὰ ∠ δ, aut deest aliquid, aut tollendũ τὸ ἀνὰ, aut legendum πεπέρεων, plurali numero, quod non frequens est. XIII

Pag. 166. uersu sexto, pro καθ᾽ ὅλου, putat Oroscius è codice uetere legendum esse κατ᾽ ἄλλο, ut totius sententia sit, Si cicatrix in alia corporis parte fuerit, disrumpitur fluitq; sanguis. Probat lectionẽ hanc Dioscorides, κἂν οὐλὴ καθ᾽ ἕτερον μέρος τοῦ σώματος ὑπάρχῃ, παρέχει αἱμοῤῥοεῖν. Cornarius ex Aëtio libro decimotertio, capite 23. Quicquid est in toto corpore cicatricum, id rumpitur, & sanguinem profundit, uidetur ille legisse, ut nostra habent exemplaria. Sententia lectionis utriusque eadem est, præterq̃ quod uetus nostra lectio est obscurior, quare Andernacus quoque lapsus hic est, ridiculum quidpiam uertens pridem. Sic enim, Si cicatrix toto corpore inducta fuerit, rumpitur, funditq; sanguinem. Longe prudentius Cornarius eandem lectionem uertit. Cæterum quia apud Dioscoridem in signorum enumeratione sic habetur, βραχέα δὲ καὶ στεγνὰ παντελῶς παρέχουσι τὰ σώματα, carpit Andernacus nostram operam, Oroscij & meam, quod non mutauerimus dictionem præcedentis uersus, τὰ ἀραιώματα in σώματα; non cogitans quàm uarie discrepet illius quoq; apud Dioscoridem loci, inter doctos lectio. uir in mutandis XVI

autorum ſcriptis nimiũ præceps, & non raro plus
XVIII quàm decebat, temerarius. & uer. 41. κάρ-
Ander- δαμόν τε καὶ γγιτανή. Dioſcorides habet κάρ
nacus δάμωμον non κάρδαμον, ſequere utram uo-
les lectionem. Sic adnotauit Andernacus, & uide
tur neſcio quo pacto ſubitò mitior factus.

XIX Pag. 167. uer. 9. Trunce, ni fallimur, legitur
Oroſcius in Græco codice impreſſo, ὁ γὰρ τούτων ἰὸς, uſ-
que ad finem capitis. In Dioſcoride namq; lib. 6.
cap. 69. & 70. à quo deſumpta hæc uidẽtur ad
uerbum, integro & uero ſenſu ſic legimus. ὁ γὰρ
τούτων ἰὸς, ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ βασιλίσκου. Τοῖς
δὲ ὑπὸ ἀσπίδων δηχθεῖσιν, ὅσα καὶ ὑπὸ κεράστου
ὡς προγέγραπται προσενεκτέον βοηθήματα.
ὃν τρόπον γὰρ βοὸς αἷμα ὀξυτάτως πήγνυσι τὸ
ἐν ταῖς ἀρτηρίαις αἷμα, καὶ πήγνυται πρὸς τού
των ὁ ἰὸς, ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ βασιλίσκου. Id eſt, uene
num enim hoc quale Baſiliſci eſt. Contra aſpi-
dis morſus quærẽda remedia omnia illa, quæ in ce
raſtæ morſibus dicta paulo ante à nobis fuerũt: ſi
militer enim taurino ſanguini, ſpiritum & ſangui
nem in uenis, uenena hæc duo gelant, quod & ba
ſiliſcus facit. Verba itaq; illa, Venenum enim hoc,
quale baſiliſci eſt: ad ceraſtæ morſus curationem
referenda ſunt. Ab illis uero, contra aſpidis &c.
aliud initium de aſpidis morſus curatione inchoa-
tur, quod & dictionem noſtram confirmat. Defe
ctus enim maximus erat, nihil de morſus aſpidis
curatione tradere, cuius narrationem in capitis ti-
tulo promiſerat, & de cuius notis quoq; iam prædi
xerat. Hæc Oroſcius admodum prudenter hic an
Ander- notauerat. Damnat id Andernacus, dicens breui-
nacus tatis cauſa hæc à Paulo omiſſa, eſſe exiſtimãdum,
quod à me pridem aduerſus ipſum recte ſcriptum,
aliquot in locis ſuorum cõmentariorum parũ aptè
ſugillat, nunc multo ineptius aduerſus Oroſcij ſen
tentiam uſurpat. Non enim exiſtimandũ eſt, Aegi
netam noſtrũ, doctrinæ breuitati adeò ſtuduiſſe,
ut capita rerum arti neceſſaria omitteret, aut quæ
ſemel etiã propoſuiſſet ſcribenda, nõ abſolueret,
imperfectaq; relinqueret. Videtur itaq; minime re
legãda hinc Oroſcij ſententia, ſed cõſultatione di
gna eße, & non nimium prudenter feciſſe Ander
nacus, qui in ſua uerſione hunc locum mutilũ edi-
derit, & non integrum cõuerterit, dictioni autho-
ris quæ manca eſt, addere quippiam ueritus, cum
alibi non raro ijs quæ fuerant integra, & nullam
emendationẽ poſtulabant, nõnulla aſſuere nõ dubi
XXIIII tarit. & uerſ. 31. ubi lectio Aldina ſic habet,
ὡς εἴρηται ∠ β. μετ' ὄξους κυ. α. τῇ δὲ τρίτῃ ∠ β.
μετ' ὄξους κυ. γ. Qui locus è codicibus reſtitui nõ
potuit. Cõiecturam tamen facere licet, quæ uera
ſit lectio, ex Aëtij loco lib. 13. cap. 24. quem ſic
uertit Cornarius. ſiccatum reponito, ac utitor ad
uiperæ morſum drachmis duabus exhibitis, ex po
ſcæ cyatho uno: ſequente die ſicci ſanguinis dra-
chmas 4. cum aceti cyathis duobus dato: & ter-
tia deinceps, ſanguinis drachmas 8. ex aceti cya-
this tribus &c.

Pag. 168. uer. 16. ἀνακατάληπτοι γίνονται XXVIII
τὸ λοιπὸν αἱ ποιότητες, legendum putat Oro-
ſcius è codice uetere. Confirmat id authoritate
Dioſcoridis lib. 6. cap. 1. in quo ἀπεπτότατοι, id
eſt ægerrime cõcoquuntur eodem ferè ſenſu lega-
mus: præſumendã ſcilicet in potu aquam frigidam
ad letalium uenenorũ præcautionem, ut reſtincto
appetitu, cæteræ qualitates non trahantur à ſto-
macho.

Pag. 169. uerſu 16. legit Oroſcius è codi- XXX
ce uetere, θαψίας, ut uertatur, thapſiæ ſuccus,
elaterium, & mandragoræ. Dioſcorides lib. 6. ca
pite 1. θαψίας χυλὸς, ἐλατήριον, μανδραγό-
ρας. i. thapſiæ ſuccus, elaterium & mandragoræ.
& non uidetur neceſſaria emendatio. & uer. XXXI
31. quod hic legitur ἢ προβάτεια, admonet Oro-
ſcius in Dioſcoride, à quo hæc Paulus, ἐρίφεια
legi, id eſt hœdorũ. & ubi in hoc capite non mul-
to poſt, μετὰ δὲ τὰ ἐδέσματα, in Dioſcoride
μετὰ τὰ ἐξεράματα, poſt uomitus. & uer XXXII
ſu 43. in Dioſcoride lib. 6. cap. 3. plura leguntur
quæ hic deſiderantur σῦκα ξηρὰ λαμβάνοντες,
καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν σὺν οἴνῳ. παρακμά
ζοντος δὲ τοῦ περὶ ὀξύτητα κινδύνου, ὠφελοῦν
ται θηβαϊκὰς βαλάνους ἐσθίοντες, ἢ λελειασμέ
νας σὺν οἰνομέλιτι ἢ γάλακτι πίνοντες. Cre
dimus nos in eum modum legendũ eſſe hunc Pau-
li locum, quando cætera omnia ad uerbum à Dio-
ſcoride ſumpta eſſe cõſtat. Hæc Oroſcius & XXXIII
uer. 48. καὶ διανοίας ἐμποδισμὸς, id eſt men-
tis impedimentum, ſic Dioſcorides. In Nicandro
itidem in Alexipharmacis,

αἶψα δὲ ἐπρήσθη γλώσσης βάθος, ἂψ δ' ὑπὸ μαλλης (λύσ-
σα μένει, ἐμβαρύθων δὲ κακὸς βρόμος ἄψεα·
οἱ δὲ ποσὶ σφαλλοντες ἅτε βρέφος ἑρπύζουσι
τετράποδες, νοερὰ γὰρ ἀεὶ φρένες ἀμβλύ(νονται.

His accedit Aëtius libro octauo, capi-
te quinquageſimoquarto, in quo διανοίας ἐμπο-
δισμὸς legitur. Auicenna item ſexta quarti. t. 2.
cap. 7. & dicunt aliqui quod accidit ei qui ipſam
bibit apoſtema linguæ & deſtructio rationis.

Pag. 170. uerſ. 8. legit Oroſcius γεῦσις ὁ-
μοία ἰχθύσι βρομώδεσι. i. corruptis piſcibus ſimi
lis guſtus, è Dioſc. lib. 6. cap. 30. & uer. 10.

ἰδρῶσι

ἱδροῦσι δὲ δυσώδη. uidetur apponendū è Dioscoride παρέπεται δ' αὐτοῖς καὶ ἔμετος χολώδης ἐνίοτε αἵματι μεμιγμένος, ut sit integra lectio hic, ἱδροῦσι δὲ δυσώδη καὶ ἐμοῦσι χολώδη, ἐνίοτε δὲ αἵματι μεμιγμένα. Neque enim apud idoneum authorem reperitur, sudorem sanguineum signum esse potius leporis marini. Confirmat etiam emendationem hanc Auicenna 6. quarti t.2. cap. 41: & uomitus, inquit, superfluus cholerae & sanguinis. & infra eodem capite, & sudat sudore fœtido. Item uersu sequente pro τοῦ χελιδονίου ῥίζα, legit κυκλαμίνου ῥίζα, id est cyclamini radix, è Dioscoride & Galeno libro 2. Antidoton. Hic ego rursus & pudorem & peritiam in Andernaco desidero uehementer. Pudorem quidem, quod cum locos hos omnes ex Oroscio in sua commentaria traduxerit, nō solum dißimulare istud sit ausus, ut alibi paßim faciebat: sed et palàm scripserit, ab Oroscio fuisse praeterita. Mendacium flagris dignum. Peritiam uero ipsius desidero, dum quae ab illo recte fuerunt annotata, ipse indoctißime hic imitatus est, nam dictioni Pauli ex Dioscoride sententiam affingere uolens, docuit legendum καὶ ἐμετοῦσι χολώδη, tanquam forma uerbi sit ἐμετέω, quia dicimus ἔμετος, nō ἐμέω. Neq; uero in typographicum errorem referri potest haec emendatio, sed in ipsius authoris inscitiā, supra enim in capite 16 Pauli locum emēdare sese putans, eodem errore lapsus est, quod enim habetur apud Paulum, καὶ τελευτῶσιν ἐξεμοῦντες ἀβοηθήτως. id est, & commoriuntur sanguinem eiectātes, nullo adiuti remedio, hoc iste uolens corrigere, docet legendum esse ἐξεμετοῦντες, id est uomentes, non ἐξεμοῦντες, ut est apud Dioscoridem, quem iste tamen sese eo in loco sequi dictitabat. Sic enim habet Dioscorides, καὶ ἐξεμοῦσι ἀβοηθήτως. Sed & neque necesßaria est Pauli emendatio, neque deterior eius lectio, quàm quae apud Dioscoridem reperitur. Mirum est autem, quod non iusserit radi τὸ, τελευτῶσι quia apud Dioscoridem hoc non sit, deinde pudor quoq; est, quod non fuerit tam sollicitus in corrigendis proprijs commentarijs, quàm in subuertēda lectione Pauli. Etenim hac ipsa in emendatione, praeter nunc dicta, tres alij sunt errores in uocibus solū duabus, quos huc non annotaui. tamen iste prorsus existimat se au-

XXXVII thorem sic emendasse. & uersu 25. ἢ χιὼν σὺν ὀξυκράτῳ πινομένη. id est, nix cum posca ebibita. Nicāder in Alexiphar. & Galenus libro Antidotων secundo.

Binæ hic mēdacia uno halitu efflauit Andernacus

Andernaci duo errores, ambo nouißimi

Vt suprà τὸ τελευτῶσιν scilicet

XLII Pag. 171, uer. 13. Quod hic scriptū est σὺν οἴνῳ καὶ γλυκεῖ, annotatum fuit ab alijs quoq; apud Dioscoridem legi σὺν ἐλαίῳ καὶ γλυκεῖ. Apud Aëtium uero, σὺν οἴνῳ γλυκεῖ: quam lectionem ut magis probem, facit id quod sequitur hic, καὶ ὁ γλυκὺς οἶνος καθ' ἑαυτὸν πινόμενος ἱκανῶς ἁρμόζει. & uers. 17. sic habebat XLIII
prior aeditio, οἷς βοηθεῖ μετὰ τοῦ δι' ἐλαίου ἐξεμέσαι τὸ κλυσθῆναι δριμὺ κλύσμα τε ὀξυμέλι τε συναλείφειν μέλιτι σὺν ῥοδίνῳ θερμαίνειν. Nos è codice locum restituimus, uti uides, adstipulante quoq; Dioscoride lib. 6. cap. 17. οἷς βοηθεῖ μετὰ τὸ δι' ἐλαίου ἐξεμέσαι καὶ κλυσθῆναι δριμεῖ κλύσματι, ὀξύμελι σὺν ἁλσὶ πινόμενον ἢ μέλι σὺν ῥοδίνῳ θερμῷ. Et mox, ubi prior habebat aeditio: καὶ ἄκρατος πολὺς σὺν ἀψινθίῳ καὶ κινναμώμῳ καὶ ὄξει θερμῷ κατ' αὐτό. Nos hunc quoq; locum restituimus è codice, astipulante quoq; codice Oroscij, ut postmodum uidimus. Et ipse adeò Dioscorides emendationem probat loco nunc citato. & uer. 20. In Dioscoride inquit Oroscius, à quo haec omnia νίτρον τε σὺν ὕδατι καὶ ὀρίγανον σὺν κονίᾳ ἢ γλυκεῖ. πηγάνου τε ἀγρίου σπέρμα σὺν πεπέρει καὶ οἴνῳ καὶ πάνακι. πέπερι τε μετὰ καστορίου καὶ ὀξυμέλιτος ἢ μετὰ θύμβρας ἢ ὀριγάνου ἀφεψήματος σὺν οἴνῳ. Quo in loco manifeste labitur Marcellus, pro uerbis νίτρον τε σὺν ὕδατι καὶ ὀρίγανον σὺν κονίᾳ ἢ γλυκεῖ, uertens: Nitrum itidem cum aqua aut cum lixiuia paßóue, dicturus, ut constat, nitrum itidem cum aqua. & origanum cum lixiuio paßo ue. Confirmante idipsum Dioscoride lib. 3. capite de Origano, σὺν γλυκεῖ δὲ τοῖς κώνειον ἢ μηκώνειον πεπωκόσι. Andernacus imperitus
Haec Oroscius, quae cum Andernacus et antea negligenter & inscite tractarit, nūc autem errorem repetiuerit, putat tamen se Paulum recte conuertisse. Facilis fuit error scribētis, qui ob uocem πέπερι repetitā, quae in medio sunt omisisse uidetur.

& uer. 44. ὀποβαλσάμου ὁλκὴ ∠ α. σὺν οἴνῳ. putat Oroscius legendū σὺν γάλακτι. cum lacte. & utitur ad hanc sententiā Nicandri authoritate in Alexipharmacis, succū balsami ex lacte exhibentis. uersus eius sunt. ἢ μὴν καὶ βλαστοῖο τότ' ἐν σταγόνεσσι γάλακτος θηλυτέρης πώλοιο χέας ὀπόν. Dioscorides lib. 6. cap. 7. ἁρμόζει δ' αὐτοῖς ἢ ὀποβαλσάμου ὁλκὴ ∠ α σὺν μέλιτι ἢ γάλακτι, Idē lib. 1. cap. de Balsamo, ἢ τοῖς ἀκόνιτον πεπωκόσι, μετὰ γάλακτος ἁρμόζει. XLVI

uers. 46. λαμβανόμενος σὺν οἴνῳ. laudat Dioscorides σὺν ὄξει, cū aceto. Additq; βοείων, id est carnium bubularum, expedito magis sensu, quod & Nicander fecit in Alexipharmacis.

LIII *Andernacus*

Pag.172.uer.44. τὴν μὲν γεῦσιν ἅπασαν ναρδίζον ἔοικεν. id est, toto gustu nardum repræsentat. Harioli nostri è Dioscoride addendum aiunt ἀγρίαν, quod nos in æditione nostra perperam omiserimus, ut sit sensus: toto gustu nardum syluestrem repræsentat. Ergo Andernacus superiorem locum non rectè cõuertit, carnium' ue pinguium ius cum uino assumptum, uertendum enim fuerat, carnium' ue pinguium bubularum ius. Et eodem in loco, prodest ipsis & opobalsami drachma cum uino, uertendum fuerat, opobalsami drachma cum lacte. Sic enim & Dioscorides docet & Nicander, sed illa forsan releganda uidebantur, quia prior annotasset Oroscius, à quo non nimium multa discenda essent. Hoc inuenerat ipse, ergo &c.

Andernaei errores rursus bini, uterque nouißimus

LIIII Pag.173.uer.1.locus in priore æditione corruptißimè legebatur, nam ita δεῖ μὲν τοῖς συνεχέσιν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀναγκάζοντας, καὶ βιαζομένους γλυκὺν οἶνον σὺν ῥοδίνῳ ποτίζειν, καὶ ἐξεμεῖν. ἀναγκάζειν τό, τε τ' &c. Nos è codice sic restituimus, δεῖ μέντοι συνέχειν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀναγκάζοντας, καὶ βιαζομένους γλυκὺν οἶνον σὺν ῥοδίνῳ ποτίζειν, καὶ ἐξεμεῖν. τό, τε adstipulante quoq; Dioscoride lib.6.cap.20. δεῖ δὲ συνέχειν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀναγκάζοντας καὶ βιαζομένους γλυκὺν οἶνον σὺν ῥοδίνῳ πίνειν: Sic Nicander in Alexipharmacis,

τὸν μὲν καὶ δεσμοῖσι πολυπλάγκτοισι πιέζας
νέκταρι θωρῆξαι καὶ ὃ χαλεῶντα κορέσκων,
ἧκα βιησάμενος.

Quod si mihi supra scripturam ueterem cõiectura quoq; emendare quidpiam liceat, tum malim legere hic πίνειν, ut est apud Dioscoridem, non ποτίζειν, sic enim dictio fuerit magis exquisita. Andernacus qui pridem locũ hunc parum scitè conuerterat (transtulerat enim uincula continua) & hic adiutus, cũ loci emendationem carpere non posset, uisum est illi errorẽ typographicum elementi ν, quod fuerat omissum à compositore, in calumniã rapere, non mentionem tamen facere quippiam hic fuisse restitutum, quod ab ipso præteritum fuißet antea, cum tamẽ eodem codice uteretur. Sic alijs quoq; in locis agere pergit, non ueritus existimationem suam inter bonos omnes nihilo fore maiorem ob tales nugas. Quid uero non audeat facinoris, qui existimationem propriam ita subuertere pergit? an tutum fore putas à talibus aurum, quod in arca sua reconditum sit?

Andernacus

LV *Oroscius mirabilis*

et uer.13. Hic ita adnotauit Oroscius: In hoc loco, quoniam nõ est quod suspicemur, uitium culpa librariorum irrepsisse, aut ego prorsus hallucinor, aut lapsus est Paulus, quẽ ut fateor authorem fuisse in medicina doctißimum, ita hominem fuisse, & decipi potuisse, nemo est qui neget. Quare cum summa honoris præfatione ab eo hoc in loco dißentio, non quod aliquid ignorãtiæ tanto authori audeam adscribere, sed quod existimem deprauatum locum suis commentarijs inaduertenter inseruisse. Cum enim hæc ad uerbũ à Dioscoride exscriberet potius quàm doceret, non ita fuit diligẽs & oculatus. Pauli uerba sunt: ὠφελεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ ἀλεκτορείδων ὠὰ ἀφεψόμενα καὶ ἐν ὀξυκράτῳ πινόμενα. Idem ijsdem uerbis Dioscorides libro 6. cap. de Fungis, ut diffiteri nemo poßit desumpta hæc ab illo fuisse. Legendum tamen putamus loco uerborum, ὠὰ ἀφεψόμενα, unica dictione ἀφόδευμα, id est stercus. In quam sententiam adducti sumus, quoniã nullus ueterũ scriptorum probauit oua gallinarum ad fungorum uenena: sed earum stercus, idq; primo ipse Dioscorides lib.2.capite de animalium Fimis, his uerbis, καὶ ἡ τῶν ἀλεκτορείδων τοῦτο ποιεῖ, ἐνδεέστερον μέντοι πολὺ ἰδίως πρὸς μύκητας θανασίμους. Idem ante illum docuit summus author Nicãder in Alexiphar. ἢ καὶ πατὸν στρουθοῖο κατοικάδος. Aëtius li.8.ca.75. ὁ δὲ Φιλάγριος φησὶ τὴν τῶν ἀλεκτορείδων λευκὴν κόπρον ξηρὰν λεάναντες δῶμεν πίνειν μετ' ὀξυκράτου. Galen. τῶν ἁπλῶν 10.cap. de Stercore gallinaceo, idem affirmat. & Plinius lib.29.cap.5. Gallinarũ (inquit) fimum duntaxat candidum in hysopo decoctum aut mulso, uenena fungorum boletorumq; astringit. Auic.6.quarti capite de Fungis: & stercus, inquit, gallinæ maximi esse iuuamẽti eis, cum in potu datur in syrupo acetoso. Haliabbas quarto pract. cap. de Medela eius qui comederit fungos: & post hæc fimi da illi gallinarum, triti diligenter 3.ij Alsahar. lib. pract. tract.30.cap. de Comestione fungorum: Curatio, inquit, ipsius est, quod uomat cum 3.ij stercoris gallinæ cum secaniabin mixto. Nec scriptores Arabes in uniuersum damnandos esse credo, maximè si Græcorum consentiant medici. utorq; ad hanc rem tot authorum testimonijs, quoniam cum Paulo nobis res hoc loco, graui & maximo authore, & his rationibus mihi persuadeo Dioscoridem ἀφόδευμα, id est fimum scripsisse, deinde tamẽ permutatis literis (ut paßim librariorũ inaduertentia euenit) aliud quippiam, quod nobis non constat, fuisse scriptum, quod cũ aliquis superueniens non intelligeret, constaret tamen ex dictione ἀλεκτορείδων partem aliquam gallinarum significari, id potius ouis tribuit quàm fimo. Sunt enim in dictione ἀφόδευμα elementa ω & α, quæ si uariatis literis forte coierunt ὠὰ, nomen, id est oua, fecerunt. Nos

his ra-

his rationibus & authoritatibus moniti, sic sentimus. Ex hoc autem interpretū Dioscoridis error agnoscitur, maxime Marcelli, qui capite de Fungis lib. 6. affirmat, Græcorum medicos præcipere, ut gallinarum oua in posca elixa sumantur, iubente solum id Paulo, ex uitioso Diosc. loco decepto. Hæc Oroscius. uideturq; Marcelli error non omnino dissimilis Andernaci errori lib. 2. cap. 34. emendantis locū Pauli, ob unum Oribasium uitiose scriptum, aduersus innumera cæterorū authorum testimonia. Quemadmodū illius error qui primus oua in Dioscoridē loco stercoris apposuit, figmento eiusdem domini doctoris Andernaci de Onone admodum similis est, uidetur enim ille quoq; existimasse stercus gallinæ nimiū turpe medicamentū esse ori humano, quemadmodū iste putauit ὀνίδος succum naribus hominū non conuenire. Subtiles medici. Videtur itidem Andernacus eādem medendi castimoniam etiamnum præferre olentibus istis pharmacis, tanquam satius esse putet, uel toto cœlo medendo aberrare, quàm turpe medicamentum

Andernaci error nouo repetitus

propinare homini: ergo iterum uertit, oua pro stercore, errore repetito, non accurans si pereant, deuoratis fungis, uel decem ægrorum myriades, tanquam hoc ad eum nihil attineat, talibus præceptoribus uti nunc aduersus Turcarū castra conueniebat. Ceterū non possum tamen hoc loco nō mirari uehementer, cū alibi sæpe pro arbitrio audeat locos Pauli immutare, neq; scriptura, neq; authoritate, aut ratione ualida ulla id iubēte, exigua prudentia, magna uero temeritate & arrogātia passim usus: quo pacto eum tam subito noua hæc inuaserit religio, puteq; adeo retinendam ueterem scripturam esse, ut ne annotandā quidem Oroscij sententiam duxerit, tanquam cupiat taciturnitate sua ab exemplo tam malo ueterem scripturam immutandi, lectorē auertere. & uer. 16. legit hic Oroscius ex antiquo exemplari, ὁ χάλκανθος σὺν ὄξει, id est atramentum sutorium cum aceto. Confirmat lectionem hāc Dioscorides lib. 6. capite de Fungis, Et lib. 5. cap. de Atramento sutorio, καὶ μύκησι λαβοῦσι βοηθεῖ, id est contra fungos remedio est, id quod flori æris tribuit nemo. & uer. 23. legit Oroscius ὁ οἱ ὀδόντες βεβαμμένοι è uetere codice, ut sit sententia: inueniri à potu taurini sanguinis linguam rubētem, & infectos eodē colore dentes. Cōfirmat id Diosc. lib. 6. cap. 25.

LXII Oroscius Pag. 174. uer. 15. pro θέρμινον ἄγριον, id est lupini, legit Oroscius è uetere codice ὀρμίνου, id est orminij, facili, ut inqt, librarij lapsu. Traxit autem in eam sententiam ipsum Nicander in Alexipharmacis, ἄλλοτε δ' ὀρμίνοιο νέ' ὡς χύσιν. Aëtius lib. 8. cap. 30. ὀρμίνου habet. Sic & Dioscoridis interpretes, quamuis mendose lib. 6. cap. 27. legatur θέρμινον ἄγριον, uertunt tamen agrestis orminij. Deprauata etiā hoc in loco credimus uerba illa: myrrhæ drach. 8. Nicander enim duorum obolorum pondus exhibet, Aetius trium, Auicenna trium drach. Diosc. drac. 8. Nos in tam uarijs horum authorum sententijs nihil cōstituimus, integram rem peritioribus seruantes. Hæc Oroscius. Verum Andernacus cum & hunc locū, quo ὀρμίνου, & proxime superiorem ubi χαλκάνθου legendum esse docetur, ex Oroscio annotasset, nō putauit sat esse, authoris nomē supprimere, nisi cauillo quoq; librum suum ornasset. & uers. 32. ubi prius legebatur αὔθη δὲ ἐίν, nos è codice emendaueramus δεῖ. Verum Oroscius totum hunc locum aliter putat legendum. Sic enim annotauit è Diosc. lib. 6. cap. 33. & Aëtio lib. 8. cap. περὶ ὀξέος. Ἄξος αὔθος δεῖν ἀκάνθης τῆς καλουμένης ἄξου, ἐφ' ὧν ἔμετος μόνος παραληφθεὶς ἀπαλλάσσουσι τοὺς λαβόντας. Nec est quur Marcellus Dioscoridem è Paulo emendet, consentiente Aëtio cum Dioscoride. Hæc ille.

Andernacus LXV

E LIB. VI ANNOTATA.

V Pag. 177. uer. 25. subtilissime nobis hunc locum commentatus est Andernacus, docens legendum, ἢ ὀξέως. emendans scilicet εἰ in ἢ. deinde panagyrin sibi ipsi canit. dignum trophæo inuentum. Quid si nobis restituisset locos quales Oroscius restitut, non sufficere potuissent eius triumphis quadrigæ urbis Romæ omnes. & uer. 33 ubi docet pro ὑφ' ἓν ἐκτέμωμεν, legendum esse ὑμένα ἐκτέμωμεν, id est membranā præcidemus, non uidetur ex ipsius prodijsse officina, quemcūq; adhibuerit consultorem. Quod autem ad finem capitis ait, Oroscium uertisse ἀφουλωτικοῖς φαρμάκοις, crustam inducentibus, hoc rursus ex istius officina totum prodijt, & recessisse ab eo uidetur consultor: est enim mendacium hoc, & supra modum impudens. Nam ita scripsit Oroscius: Labitur etiam Bernhardus Felicianus, uerba τοῖς ἀφουλωτικοῖς, id est quæ cicatricē inducunt uertens, glutinantibus.

Andernacus mentiri pergit

VIII pag. 282. uers. 27 Pag. 179. uer. 10. Habes infrà libro sequente. ἱερακιωνὸν διάροδον inscriptum collyrium è rosis & croco præparatum, unde diuinat hic quoque legendū ἱερακιῶν διαρόδων, mutātibus ρ in ν.

X & uer. 42. codex Aldinus sic habebat, οὐ δεῖ γὰρ αὐτὴν τὴν οὐλὴν ὑπεραλείφοντα. quo loco Oroscius è suo exēplari legit τὸ δεῖ, id est eius enim palpebræ cicatricem inducere debemus: sensu penitus diuerso. Nos in codice Ruellij particulā οὐ non reperimus, quare locum sic emendauimus pridem, δεῖ γὰρ αὐτὴν τῇ οὐλῇ ἐπιδιαλείφοντα.

Andernacus actum agit hic

quam lectionem sequutus quoq; fuerat Felicianus:
ipsam enim cicatricem incidere debemus. Quare
non est, cur hic actũ agat Andernacus, & palpũ
XI obtrudat tibi lector. & uer. 48. legendũ διστι-
χίαν per ἰῶτα, non per υ, uelut supra initio ca-
pitis octaui recte habetur διστιχίασις, id est pilo-
Andernacus rum ordo geminatus, è quo sanè loco, hunc erro-
rem emendare facile quiuis poterat, sed cũ uideam
graculos de talibus gloriam sibi quærere paßim et
triumphos, adnotanda duxi, ut uideat lector qua-
lia sint de quibus illi gloriantur.
XIII Pag. 180. 32. διαπύρηνον ἢ μηλωτίδα ἢ
τὶ τοιοῦτο λεπτὸν ὄργανον πεπυρωμένον ἐρ-
γουσι περὶ τόπῳ. lectio est codicum omniũ & re
cta, præterquam quod docuerunt expuncto α. le
Andernacus gendum διπύρηνον, tum hoc in loco, tum in capi
te huius libri 25. & 77. & 78. Cuius ostracis-
mi nullam aliam adferunt ostẽsionem, quàm quod
aiunt instrumentũ esse duplici cuspide præditum,
quando πυρῆνα extremũ ac summum cuspidem
seu nucleum, seu capitulum exponant. Sic illi. Et
uidetur isthæc ostensio nihil magis probare raden
dum esse τὸ α. quàm quod non sit tollendũ, quan-
do in locis uarijs sic scriptum, & in omnibus codi
cibus reperitur. modo enim adsit nucleus, nihil im
pediet τὸ, α. Cæterũ aũt cõiecturæ occasionem
de nucleo, dum sollicite quærerent quod post alios
corrigerent, fecisse uidetur ipsis Feliciani uersio,
quæ sic habet: Scalpelli manubriolo nucleũ oliuæ
imitante, aut specillo auriculario, aut tali quopiam
instrumento tenui &c. Ex hoc igitur illi super nu
cleo cœperũt cogitare, qui in mentem uix alioqui
uenisset eis. Sic enim antea locum hunc converte-
rat Andernacus: candens autem specillũ, aut eius-
modi aliquot tenue instrumentũ loco adigunt, un-
de pili sunt educti. quo tunc temporis relegata fue
rat oliua ista cum suo nucleo, cum id uertebas An
dernace, an διαπύρηνον, aut διπύρηνον nihil
tum significabãt, ut prorsus ista expũgeres, postea
uero sic significare cœperũt? Aut forte in obliuio-
sum illum typographum culpam conijcies rursus,
qui cum supra eligenda esse docuisset, quæ tu rele
gasses, hic contra releganda putauit & omitten-
da quæ tu illi præscripseras. præstiterat ipsum fuis
se relegatum, & ad extremos Indos usq; deporta-
XIIII tum, tam infaustum artificem. & uer. 36. le-
gendũ putat Oroscius hic pro κατὰ φύσιν. sen
su penitus cõtrario παρὰ φύσιν. i. præter naturã.
Hunc morbum Auic. 3. tertij t. 3. ca. 17. asarnac
uocat, ubi omnia hæc ad uerbum descripsit. In eius
tamen curatione postq̃ cõsuluit ut sal tritum in pla
gam inijciatur, ut quod ex uesica fuerit relictum,
absumat, pannũ in aceto infusum imponi præcipit:
dicturus quod ex hoc authore liquet, linteolũ ex
posca madefactum.

Pag. 182. 3. εἰ μὴ πάνυ τις ἀκρως. Felicia- XX
nus uertit, Nisi accurate admodum cõstringas. ui-
detur ille legisse ἀκριβῶς, quod aduerterũt nostri Andernacus
quoq;, et illico cõmentis suis adiecerunt, uitiatum
esse codicem Græcum, et legendũ ἀκριβῶς.

Pag. 183. uers. 7. φακομέλιτι, ita leg. ἀπὸ XXII
τοῦ φακοῦ καὶ μέλιτος.

Pag. 186. 41. Ostẽdit Oroscius è codice ue XXXIII Oroscius
tere legendum, πλησίον δὲ τοῦ δακτυλίου. Est
autem δακτύλιος anus aut ipsius orbis, ab anu
lo in eam partem translata appellatione. Diosc. li-
bro 1. cap. de Malis cotoneis, τὸ δὲ ἀφέψημα πρό
κλυσμα δακτυλίου καὶ ὑστέρας προπτώσεσι. i. a-
sperguntur & eorum decocto utiliter & sedes et
procidentes fœminarũ loci. Erat igitur pridem uer
tendum, Qui prope anum sunt abscessus, ante ma
turationem integrã dissecandos esse. quod Ander Andernacus
nacus uerterat, Abscessus digito proximos sic dis
secandos, non significans cui digito. & uersu
seq. διαπρυσιν legendum, emendantibus ι in η.
Commentatus est hoc D. Andernacus.

Pag. 187. 6. διάσυρτον ἵνα λημνίσκον, le
gunt, ut uertit quoq; Felicianus: implicitũ in longi
tudinem, linamentum. deductum apparet ἀπὸ τοῦ
διασύρειν. & uer. 13. ubi legitur, τὴν αὐτὴν
ἐμβροχὴν μοτοφυλάκιον φάρμακον ἐπιθεσό-
μεθα, ad quem locum, si sit refingẽdus, aptius uide
tur apponi τὸ μετὰ, ut sit μετὰ τὴν ἐμβροχὴν.
id est post irrigationem, imponendũ ἐμμοτοφαρ-
μακον: quàm ut uoluerunt alij, apponentes καὶ,
ut sit lectio τὴν αὐτὴν ἐμβροχὴν καὶ μοτοφυ-
λάκιον φάρμακον. Nostram sententiam proba
bilem reddit, & id quod sequitur, καταντλήμα-
σι πρότερον χρώμενοι. & quod non nimium con
cinne dicitur, ἐμβροχὴν ἐπιθεῖναι, ut dicimus
σπλήνια ἐπιθεῖναι. Admoneo tantum, mihi enim
emendandi genus hoc, quod pro cuiusuis arbitrio
fit, non fide scriptorũ, semper uisum est esse lubri-
cum. ueterem lectionem sequutus uidetur Felicia-
nus, sic enim ille: eadem irrigata splenia ad custo-
diam linamentorum imponenda sunt. sensu penitus
contrario. & uer. 43. Admonet Oroscius le XXXVI
gendum, φλεγμονώδη τε δεῖν καὶ ἐπώδυνα. Andernacus
id est inflammationem patiuntur. in quo prius of-
fenderant, uertẽtes pituitosi sunt.

Pag. 188. 7. uidetur legendum, μόνη δὲ τὸ XXXVII
τῆς ἀρτηρίας ἕλκος. Cum enim locus appareat
mutilus, non perperam admonent diuinatores, ap-
ponendam esse è Galeno dictionem ἕλκος. Lo- pag. 356 uer. 27
cus est in libello de Tumoribus, è quo hæc sunt tra
ducta. Cæterũ nescio quid rursus in mentem An
dernaco

Andernacus dernaco uenerit, ut in huius loci emendatione non sat haberet unam uocem apponere, nisi alterã tolleret. nam illud τὸ, expungere uisus est, quod tamen ad dictionem hanc conformandam uehementer est accommodatum, & in exemplaribus omnibus reperitur. Si putat forte, hinc auferendum esse, quia ad uerbũ hæc translata è Galeno sint: debebat alia itidem huc apposuisse, quæ isthic habentur, hic desunt, uelut τὸ, συνουλωθείσης, quod medium apposuit Galenus inter συμφυθείσης & φραχθείσης, & omissum à Paulo prudenter fuisse uidetur. Hæc dico, existimans ueteres authores è prioribus sua non ita excerpsisse, ut non solum sensa, sed & uoces quoq; singulas tam anxie imitarentur. Et si cui uideor nimium morosus, cogitet istum nimium frequentem in talibus esse. Quod sequitur uersu ab hoc tertio, πῶς ὁ ὄγκος, apud Galenum legitur πᾶς ὁ ὄγκος, eodem in loco.

XLIIII Pag.191.uer.30. Hunc locum mirabiliter emendari præcipit Andernacus. Sic enim. δεῖ οὖν αὐτοῖς καυτηρίοις πεπυρακτωμένοις τὰς ἐσχάρας ἐντιθέναι. μίαν μὲν. Sic uertit: Conuenit igitur, ferro candenti crustas excitare, unam inter &c. Cæterum cur ita corrigendũ sit hic, nullum testimonium adfert. Locus est corruptus, aut intelligi nequit, ergo sic legendus. sic enim intelligam ego. Et interpreti forsan istud licebat, nobis certe scripturam sic mutare, fas esse nõ putamus. Tamen audet annotare, locum ab Oroscio & Basiliensi neglectũ. præstiterat forsan si ab ipso quoque neglectus potius fuisset, quàm sic correctus. Sed iudicet lector.

LII Pag.193.uer.50. Hoc caput è libro θεραπευτικῶν 6. traductum esse constat, & quia in locis aliquot deprauatum, è codicibus ueteribus restitui hactenus à nemine potuit, operæpreciũ puto paucis cõmonefacere, quo pacto emendari posse è Galeno uideatur. quod & commentator facere aggressus, nõnulla præterijt, ut apparet, ad integritatem dictionis nõ minus necessaria quàm quæ annotauerat. Sic igitur emendanda uidentur. pagina 194.uer.2. ὥστε καὶ ἴασις, καὶ θερμῆναι. mox ἐκπιέσαντες, ἐκθερμῆναι τούτῳ τὸ. & uers.6. ὀρθὰ συνεχῆ γόνατα. & seq. ὑποτιθέντων δὲ σχῆμα καὶ. & mox post τὸ ἀνάῤῥοπον, deesse uidetur πρὸς δὲ τοῖς ἄνω τὸ κατάῤῥοπον. uersu 10. χρὴ γὰρ αὐτὸν ὅλον ἔξωθεν. 13. ἄχρι περ αὖ ὅλον ἀκριβῶς. et seq. ἐπειδὰν συμφῦσαι χρὴ, 18. τὸ ἕτερον ὑπογάστριον. 20. post ἅπαν addendum uidetur, εἶτ᾽ αὖθις ἀπὸ τούτου πάλιν ἀρξαμένους συῤῥαπτέον αὐτὸ καὶ ἀντικειμένου περιτοναίου. κᾄπειτα διεκβάλλειν διὰ τοῦ πλησίον δέρματος, ἐκεῖθεν δ᾽ αὖ πάλιν ἔσω διείρειν, συῤῥάπτοντας αὐτὸ καὶ ἀντικειμένου περιτοναίου διεκβάλλοντάς τε διὰ τοῦ πλησίον δέρματος. εἶτα &c. 21. ὅθεν μὲν ὑπὸ καὶ σφίγγεσθαι. 25. καὶ τὸ μὲν ἐγγυτάτω. & seq. τὸ δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἀποχωρεῖν τοῦδε, πόλυ τοῦ δέρματος ἀπόλλητον &c. 31. ἔσω δὲ ὑπὸ τῆς τόνδε τὸν τρόπον. ἀπὸ τοῦ &c. & seq. ὑπερβαίνοντας. & uer.38. συμμέτρως θερμῷ. & uers.46. καὶ στομάχῳ.

Pag.197.uer.40. Legendum uidetur, ut ostendit Oroscius, ἐρυθροειδὴς τὲ δ᾽ ἐστὶ χιτὼν νευρώδης. Id est, erythroides tunica est natura neruosa. quam lectionem confirmãt sequentia. LXI

Pag.199.48. ἐν δὲ τῇ σημειώσει. Lascaris exemplar, inquiunt, habet συμπτώσει. & uidetur magis interpretatio huius, quàm ut ita scriptum à Paulo sit. LXV

Pag.203.2. Locus hic nõ satisfacit interpretibus, & cogitaui quãdoq; num legi cõueniret, τὴν εὐώνυμον χεῖρα, συνηγμένων μετ᾽ εὐρυθμίας δακτύλων λελεπτυσμένην καθιέναι πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρας. Verum quia nullam scripturam ueterem habebam adstipulantem, putaui non esse proponendam. Alij legunt λελιπασμένην. Sic enim Felicianus: medicus sinistrã manum unctam ac leuigatam digitis constrictis, in os uuluæ inserere debet. quam lectionem recipientibus, ita quoq; dictio posset formari. τὴν εὐώνυμον χεῖρα, συνηγμένων μετ᾽ εὐρυθμίας δακτύλων, λελιπασμένην καθιέναι &c. Quod autem Andernacus adfert, mutari præcipiens uoces, in συνηγμένην, & λελεπτυσμένων, præterquã quod nulla scriptura ab eo communitur, sententiam quoq; nihilo concinniorem, quàm prior scriptura, dictionem uero habere non parum ineptam uidetur. & dißimulari potuisset hoc, nisi ob tale figmentũ, triumpharet de nobis rursus. & uer. 12. pro λελεπισμένον, legunt λελιπασμένον. Felicianus: postea indice digito apte leuigato & uncto, et facit hic locus non parum probabile supra quoque legendum sic esse. LXXIIII

Pag.207.uer.48. legendũ putant, ἵνα ἐκκενωθέντος ἰχῶρος οἷον πῶμά τι. Felicianus: ut resecta pars unguis, sanguine uacuato tanq̃ operculum quoddam subiectæ sit carni. & uer. sequente. εἰ δὲ κατ᾽ εὐθὺ ποιήσαις τομὴν ἐκ τῶν ἄνωθεν εἰς τὸ κάτω, τὸ καλούμενον ὑπερσάρκωμα γίνεται. Nam si in rectum seces à superiore parte deorsum, tum caro ungui subiecta excrescit, quod ὑπερσάρκωμα dicũt Græci. Idem Felicianus, et fecisse uidetur Andernacum quoq; hic prudentiorem, pridem enim ita uerterat ille. At si in rectum superne carnis excrescentiam incidas, aliud corpus carne quæ ungui subijcitur per me- LXXXVI Andernacus

diam diuisionem suppullulante gignitur.

LXXXVIII Pag.209.uers.46. σωζομένης εὐρυχωρίας. legit Oroscius è codice uetere, ἰσωμένης, id est, si spaciosum sit foramen.

XCIII Andernacus Pag.214.uer.42. μηνιγγοφύλακος ἢ ἑτέρου ἐκκόπτεως. puto, inquit Andernacus, hic legendum ὠθιικόπου pro ἐκκόπτεως, demonstrat: nã superius, inquiens, ἐκκόπτεως facta erat mentio. Sed quid quod additur hic, ἑτέρου.

XCIIII Pag.215.uer.7. affingunt correctores Andernacenses unum σ. legentes προσλυποῦται.

XCIX Pag.216.uer.17. pro οἷον συλίον. legendũ uidetur σιλειὸς, quemadmodum infra quoq; pagina 223. uer.6. ἔνθα τὸν σειλειὸν παρειλήφασι. Hippocrates libro περὶ ἀγμῶν, & Galenus in cõmentario secundo, ὁκοῖοι οἱ σείλαιοι εἰσὶ τῶν σκαφίων. (pag.540. uer.49.) è quo loco mirum est Andernacum non apposuisse huc, τῶν σκαφίων. uolens autem emẽdare hunc locũ Pauli Andernacus, aliam mendam inducit, ex συλίον faciens, σειλεὸς.

CXI Pag.220.uer.31. putant legendum, ἢ μέχρι τῆς ὀσφρύος τῆς κοιλότητος ἐνηνεγμένου, παράρθρημα. uel usq; ad cauitatis supercilium prolabatur, subluxatio appellatur.

CXII Andernacus & uer.45. χαλεπῶς συμβάλλουσι τὰς γνάθους, quo loco Andernacus pridem addendum putabat, τὸ, κάτω, ut lectio sit τὰς κάτω γνάθους. quod annotaueram non esse necessarium, quando sententiam haberet ueram & integram Pauli lectio. Sic enim: quiq; hoc patiuntur, committere malas ægre possunt. uelut nuper cõuertit quoq; Felicianus in æditione Galeni postremum euulgata. ergo quemadmodum piaculum non est, quod etiamnum contendit addendum τὸ, κάτω huc esse, sic falsum est, quod ait quicquam à nobis præteritum hic fuisse. Mirum est autem cur hunc locum adeo emendandum esse contendat, quia ex Hippocrate ad uerbũ exscripta fuerint, & alia quædam hoc loco prætermittat, quæ itidem iuxta dictionem ab Hippocrate uariãt. Sed & quod sequitur, καὶ τουτέοισι δὲ ἐμβολὴ πρόδηλος οἵη τις ἁρμόζει, sententiam illi habere implicitam uidebatur antea, quæq; deinceps sequuntur usque ad ἐμβολὴ μὲν οὖν αὐτὴ. quare instauranda putabat ex Hippocrate. Annotaueram igitur id quoque necessarium non esse, cum sint αὐτάρκη. Et uidetur hanc sententiam nunc approbare, nihil enim in his emendari præcipit amplius, & quam exemplaria nostra habent distinctionem, in uertendo sequutus est. Mihi tamen unus ex his locus notãdus esse uidetur, quod enim hic legitur uersu quinquagesimo, ὡς μάλιστα· ἔξαπίνης χάσαι τρισὶ σχήμασιν ὁμοῦ, προσέχοντα τὸν νοῦν. (pag.602. uersu ult.) id apud Galenum libro περὶ ἄρθρων secundo, aliter distinguitur, nam ὡς μάλιστα ad præcedentia refertur, deinde sequitur initium aliud. ἔπειτα ἐξαπίνης χάσαι τρισὶ σχήμασι &c.

Pag.221. uersu sexto, κατὰ τάξιν. apud Hippocratem hic locus aliter & legitur & distinguitur. Sic enim: τὸ δὲ ἀστραβὲς, μάλιστ' ἂν γνοίης τοῖσιν ὄρθοισιν τῶν ὀδόντων, τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω καθ' ἶξιν. Codices Pauli in priore lectione consentiunt, ut suspicari quis poßit num forte Paulus prudenter mutata scriptura, idipsum κατὰ τάξιν dixerit, quemadmodũ Galenus in commentario eius loci, κατ' εὐθυωρίαν. (pag.602. uer.37.) potuit etiam contingere ut scriptura Hippocratis, in hanc lectionem à Bibliographo corrumperetur. Ob hæc pridem quoq; locum hunc annotandum mihi, non mutandum duxi: quare impudenter rursus agit Andernacus. (Andernacus mendax) dicit enim nos non correxisse ista. Si enim intelligit, non annotasse, mentitus est. sin, non mutasse, sycophantã agit, cum ipsemet nihil affirmare uoluerit, sic enim scribit: forte καθ' ἶξιν.

& uersu 10. ὅτοι οὖν καὶ θνήσκουσι καὶ μάλιστα. (pag.602. uer.21.) Sic Hippoc. habet, ὅτοι οὖν καὶ θνήσκουσι δὲ καταῖοι μάλιστα, & non est parum probabile τὸ, καὶ corruptum fuisse è uoce δεκαταῖοι.

Pag.222. uersu 46. ταῦτα δὲ μάλιστα ἡ τοῦ ὑγιαίνοντος ἀγκῶνος ἐλέγχει πάθησις, id est, hoc uero sani præcipue cubiti constitutio declarat. Argumentum est ex loco similium ac dißimilium, quem adeo celebrauit Galenus libro de Placitis Hippocratis & Platonis nono. & libro περὶ ἄρθρων primo, & in principio τοῦ κατ' ἰατρεῖον, & primo prognosticῶn sexto. Andernacus (Andernacus) hic uocem πάθησις rursus mutare aggreditur in μάθησις. quia non uidetur illi cubitum & sanum et affectum esse simul posse. sic enim dicit, Quomodo quod sanũ est, simul affectũ est? Mox concludit. ergo Aristarchi nostri non aduerterũt. Nõ aduertimus sanè, hominẽ aliquẽ fore tam insubidum, quem rãcidas suas cogitationes, calumnijs & contumelijs aliorum conditas, nõ puderet chartis illinere, ut hic diuinator facit. An non potest sanum esse animal & affectum nihilominus, sed alio genere affectionis quàm quæ sanitati cõtraria est, & morbus dicitur? Sic animi παθήματα dicimus, non quibus ægrotat animus, sed quibus διατίθεται καὶ διάκειται πῶς ἡ ψυχή. Ammonius, Epicureorum uoluptatem definit, τὸ ἀτάραχον τῆς ψυχῆς κατάστημα τὸ ἑπόμενον τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ. Quod alij πάθημα dixerint. τῶν παθῶν γὰρ τὰ ἀνωτάτω γένη εἰς τέσσαρα διαιροῦσι, λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, καὶ ἡδονήν. (Aristot. de Anima 2.) Sed & πάθους ὄνομα diuidunt, ὡς διχῶς λεγόμενον

μθ

μένειν, ἢ γὰρ τὸ εἰς φθορὰν ἄγον, ἢ τὸ εἰς τελέωσιν. quomodo consimilem habere significationem uidebitur uox διάθεσις, quæ ipsa quoq; diuidi solet εἰς τε τὴν κατὰ φύσιν καὶ τὴν παρὰ φύσιν διάθεσιν, qui morbus dicitur. Ergo qui non uiolata exemplariũ scriptura, putabit uocem πάθησις usurpari pro κατάστασις, nihilo remotiorem interpretationem adferet, quàm is qui, scriptura mutata contendat τὸ, μάθησις idem significare quod ἐπίσκεψις, aut aliud consimile. Hoc dico, ut ostendam nos à calumnijs tutos esse oportuisse, donec attulissent nobis, aut fidem exemplarium indubitatam, aut coniecturam magis probabilem, minusq; ineptam.

Galen. 1. τῶν καθ' ἱατρεῖον & 1. περὶ νόσων διαφορᾶς

CXVIII Pag. 225. uersu 47. Sic legendum putant, ἀπέχοντας ἀλλήλων ὅσον δακτύλους δ'. ἐντὸς τὰ δῦσιν τοῦ πεπονθότος σκέλους πλέον τοῦ ἑτέρου ὡς δύο δακτύλους. Id est, sic ut quatuor digitorum spacio inter se distent: crure scilicet luxato supra alterum duobus ferè digitis extento. Ita Felicianus. & uer. 50. κατὰ τὸ παχύτατον, pro βραχύτατον, id est qua parte crassissimum femur est. & est admodũ probabilis coniectura.

E LIBRO SEPTIMO ANNOTATA.

I Pag. 228. uersu decimo, καὶ πλεῖ καὶ νευροῖ καὶ ναρκοῖ. lectio fuit Aldini codicis, quam Oroscius in probatissimæ fidei codice scriptam se se inuenisse affirmat. & uertendum esse, roborat stuporemq; inducit. Noster codex habebat νεκροῖ, id est mortificat, pro νευροῖ, quam sequebamur nos, nam istud ἐκ, typographorum est culpa.

Oroscius

III Pag. 230. uersu nono, δήξεις. lectio non praua, ut obtundat humorum acredinem. Dioscorides habet ῥήξεις. & uersu 43. καὶ κακοῖ. habent exemplaria. Galenus libro sexto ἁπλῶν. θερμὸν δὲ οὕτως ὥστε ὡς ἑλκοῦν ἤδη δύνασθαι κατὰ πλεονασμὸν, quem locum sequentibus legendum fuerit, ἄθρουν καὶ ἑλκοῖ. quod placet. sic annotaueram, & superueniẽs Andernacus, ait me dissimulare à se mutuatum. Miror quod nõ pudeat illum, de rebus tam friuolis quærere gloriam. An putat nos non habuisse Galenum de Simplicibus, & potuisse quærere? quasi uero istud inuẽtionem habeat aliquam, quæ non cuiuis præsto sit. Miserrima ingenia.

Andernacus

Pag. 231, uersu secundo. Hic locus uidetur emendatione indigere, & sic restitui posse. ἐπ' αὐτῷ δὲ μελαγκώτατος γίγνεται, ἀποθλίψαντες τὸ ὕδωρ τρίβειν τοῖς ποσὶ, εἶτα πάλιν ὕδωρ ἐπιχέαντες χωρίζεται τὸ πίτυρον καὶ ξηραίνειν. desumpta sunt è Dioscoride libro secundo. Andernacus imperfectum hoc nobis artificium conuertit, quamuis maius fuisset operæpreciũ id animaduertere, quàm quod mox facit, apponere dictioni uoculam τι. Est igitur cur diligentiam eius hic accusemus, nisi aliud sit, & prudẽter ille isthæc præterierit, quòd ad calumniam nõ essent idonea, nam pridem annotauerat Gemusæus. & uers. 29. Hic grauiter nos reprehendunt cõmentatores rursus, adijciendam fuisse uoculam τι, ut legatur ἔχει δὲ καί τι λεπτομερὲς, ut habetur apud Galenum, nõ improbo: Sed apparet illum uirum omnia dictionaria percurrisse, omnes libros euoluisse, ut inueniret quod contra nos euomeret. Ego non adnotaueram hoc, quia non reperiebatur in scriptis exemplaribus, nec à typographo receperam alios locos emendãdos, quanquã in quibusdam id quoq; præter institutum meum præstiterim.

Andernacus negligens

Andernacus

Pag. 232. uersu decimoquarto, ἁπαλοῖ δὲ καὶ τὰ κατάγματα. Lectio Dioscoridis est libro sexto, capite penultimo, quam sequuti sunt Marcellus & Barbarus. prior æditio & codex habebãt καύματα. Oroscius sensum concinniorem, ut inquit, sequutus τραύματα, id est uulnera, & hic & apud Dioscoridem legendum suspicatur. Suspicionem confirmat ratione, quia Græci κατάγματα uocent ossa fracta, capitis præsertim, quæ ad cicatricem perducenda non sint. Inter tot sententias hominũ, forsan præstiterat me priorem lectionem non mutasse, quicquid dixisset Andernacus, uideor enim illi placere hic ob mutatũ locum. fortasse quia ipse quoque istud annotarit. tacet enim. & 35. διὸ καὶ κατὰ γαστέρα διέρχεται. Andernacus putat, nisi addatur ταχέως, sententiam nõ fore integram: quia apud Galenum id habetur. Aetius libro primo, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν γαστέρα διέρχεται. & facile uentrem permeat. Cornarius.

Oroscius

Andernacus

Pag. 234. uersu trigesimonono, ψυχρὰ ὄν. ita habent codices omnes, quanquã non absurdum sit, ut legatur στρυφνά γ' ὄν, nam hic effectus eam qualitatem sequitur. Sic annotaueram antea. Andernacus id quoq; sugillat, sic enim: Gemusæus inuitus concedit ita legendum esse, dissimulans me id annotasse. Quid ego inuitus hic concedo lector? dico non absurdũ ut ita legatur. Quid autem dissimulo? Puer meus in Galeno quæsiuit, γίγαρτα sub elemento γ. & inuenit ita scriptum, καὶ ἡ οὐσία παχυμερὴς αὐτῶν ἐστὶ καὶ γεώδης, ὡς τῇ γεύσει δηλοῦται, στρυφνὰ γὰρ φαίνεται. Et

Andernacus

apud Aëtium sub eodem elemento. ἐστὶ δὲ τὸ στρύφνα τῇ γεύσει, διὸ καὶ τοῖς κατὰ γαστέρα ῥοώδεσι πάθεσι ἱκανῶς ἁρμόζει. Quæ hic fuit difficultas, in tanta authorũ copia? Quàm uero uir iste metuit, ne parum multa inuenisse uideatur.

Pag.230.16. ubi legitur τὸ ἑλκῶν ἀφελκωτικὴ, annotauit Orosc. uertendũ, hulcera ad cicatricem perducit, quod alij contra intellexerant. Et sententiã cõfirmat è Diosc. cap. de Aloë, τὸ ἐπουλοῖ ἕλκη. & è Gal. 6. Simp. cap. de Aloë, ἰᾶται δὲ τὰ δυσεπούλωτα τῶν ἑλκῶν, καὶ μάλιστα καθ' ἕδραν τὸ αἰδοῖον. è quo loco rursus cognoscere
sup. lib. 6. potuerat Andernacus, non ignorare Oroscium uo
cap. 5. cis huius significationem, ut illi impingebat falsò.

Pag.235. uers. 41. ὅθεν καὶ τὰ ταῖς κόραις ὑποστάσεως πεπιεσμένα ῥύπτειν. Authores alij à Paulo uariant hic. Galenus libro Simplicium sexto, ὅθεν καὶ τὰ ταῖς κόραις ὑποσκοτοῦντα πεπιεσμένα ῥύπτειν. Aëtius libro primo habet eadem. Dioscorides libro primo, capite 114. δύναμιν δ' ἔχει σμηκτικὴν τῶν ἐπισκοτούντων ταῖς κόραις. In tanto authorum consensu uidebitur hic quoq; legendum ὑποσκοτοῦντα. Clamabit rursus ueteramentarius, iniuriã sibi
Andernacus fieri, tanquam ipse solus habeat authorum libros, aut difficilior sit inuentio quàm ut cuiuis contingere queat, aut omnino syllabarũ τα & κο differentias non quilibet puer qui legere sciat, animaduertere poßit. At è talibus ferè gloriã paßim quærit iste, Herostrati simillimus.

Pag. 239. uersu uigesimoquarto legendum, ἀλλ' ἡ μὲν βοτρυίτης λεπτομερεστέρα, παχυμερεστέρα δὲ ἡ πλακίτης ἐστίν. Ita habuit codex, quamuis locus situ obductus esset, potuit tamen diligenter inspicientib. certo cognosci ita fuisse scriptum. Et adstipulatur Galenus libro Simpliciũ no-
Andernacus no. Sic annotaueră. Clamat Andernacus me dißimulare à se fuisse primo annotatũ, ipse dißimulãs è codice scripto, nõ ex ipsius sutrina me locutũ esse.

Pag. 240. uersu quinquagesimotertio, τοῖς φλεγματώδεσι καὶ φλεγματικοῖς στομάχοις ἁρμόττει. Variat Galenus libro Simplicium septimo, ὅσα δὲ ὀξέα φλεγματώδεσι καὶ περιττωματικοῖς στομάχοις ἁρμόττει. è quo loco rectè uisus est locus emendandus, mutantibus φλεγματικοῖς in περιττωματικοῖς.

Pag.241.3. ξηραντικῆς ἐστὶ τὸ ψυκτικῆς δυνάμεως. Gal. uariat, sic enim, ξηραντικῆς ἐστὶ τὸ στυπτικῆς δυνάμεως. Aëtius itidem, στυπτικῆς habet. Hæc ego ex ipsis authoribus, non è sutrina cuiuspiam adscripsi, et hoc præstant, ut lectorem labore subleuent, aliud nihil.

Pag.246. uersu quinquagesimo, τῶν ψυχόντων. ita habent codices. Dioscorides στυφόντων habet. Sic annotaueram. & clamat me dißimulasse, à se istud primum ostensum fuisse, tanquã è sutrina ipsius petere oporteat, quæ apud Dioscoridẽ scripta sunt, & in omnibus indicibus reperiuntur. Miror hominis imprudentiam, qui ob talia cupiat Andernacus
magnus haberi, quæ in cuiusuis scholaris manu sunt, cum nemo nesciat differentiam inter elementa ψ χ & σ φ. Quod autẽ accusat insuper me, quod textum authoris nõ mutarim in id quod ipse annotaueras, id stolidæ arrogantiæ cuiusdam esse puto. Quid futurum erat, si mutassem, ὀνίδια in ὀνωνίδια, quid si ὦν in οὐ, si ψύξιν in σῆψιν, si λυπεῖσθαι in λιγνοῦσθαι, si infinita alia. habuissem quæ nunc refingere oportuisset. Non uidebam hic cur necessario mutãdus locus esset, qui & sententiam habebat integram, & non aperte falsam, consentientibus insuper codicibus omnibus. Dioscoridis lectionem uariam cuiuis inspicere licebat, præsertim indicatam prius, & aut eligere eam, aut eã relegare, prout genius cuiq; dictaret.

Pag.247.50. στομαχικοῖς. prior æditio habebat στομαχικοῖς, etiam codice adstipulante. sed cõfirmant tamen hanc lectionem Galen. & Plin.

Pag.248. uersu uigesimosecundo, ἄλλοι ἄρμαλαν, σύροι δὲ βήσασαν. legit Oroscius, ἅρμαλα & βήσασα, id est alij harmala, Syri Besasa. probat lectionem Dioscorides libro tertio, capite de Ruta. & capite de syluestri Ruta.

Pag.250. uersu 50. pro τῶν λεπτῶν legendum τῶν λεπτῶν, etiã è codice. Sic annotaueram. Redit Andernacus ad ingenium suum. ait censores id non emendasse. Et si per non emendasse intelli- Ande
git, lectionem nos edidisse uitiosam, tum calumnia ment
est. nam erratum officinarũ est, nec locum in co- git
dice præterieram, ut constat ex annotatis. Sin uelit, prorsus neglectum fuisse locum, mendaciũ est: testabitur hoc ipsius liber à Cartãdro impressus.

Pag.253. uersu 51. ὑποπιαζόμενον legendum putant, expuncto λ.

Pag.255. uersu 14. ἔχει μὲν γάρ τι τὸ τμητικὸν, ᾧ καὶ τὸ ἐν θώραξι πύον καὶ νεφροῖς ἐκκαθαίρει. hunc locum non rectè putabat Andernacus ex Galeno ita emendandum esse. ᾧ καὶ τὸ περιεχόμενον ἐν θώραξι τὸ πνεύμονι πύον ἐκκαθαίρει. Nam Galeni sententia illic est, Symphytum contrarias habere qualitates, τμητικὴν, qua facultate ipsius utuntur qui thoracem & pulmonem eo purgant, & qui νεφρῖτιν eo ipso curant. id enim in fine capitis apud Galenum sequitur. Habet etiam συνακτικὴν, qua facultate utitur qui

sanguinis excretionem curant. Id Paulus ex Galeno in epitomen redigens ait, pus eo ipso è thorace expurgari, pulmonem non addit. quod id ultro sequatur, sed loco eius apponit τῶν νεφρῶν, id enim erat remotius quàm ut statim post illud in memoriam ueniret. locus est libro octauo Simpliciũ. Id ego admoneo, ne quis putet me negligenter prætery̆sse, quod aliorum diligentia prius utiliter fuisset adnotatum. Cæterum in Compendiy̆s, quæ nõ singularem memoriam requirunt, omittuntur, uevelut sunt ea quæ quibusdã expressis sunt affinia, atq; mox ad eorum mentionem sese offerũt. è quo genere hic locus est. Non alienum est ab hoc, præceptum Aristotelis de propositione syllogismi quæ in enthymemate omitti solet, ea scilicet quàm iudex ultro colligat. Sic annotaueram dudum, quia Andernacus hunc locum pulcherrimum turpiter deprauare tentauerat, quod uel propria ipsius confessione constat, cum enim prius expunxisset καὶ νεφροῖς, & apposuisset καὶ πνεύμονι, locũ efficiens mutilũ, priorẽ lectionẽ nũc restituit. Ergo uideor illi recte docuisse. & nõ recte facit ipse, hãc doctrinam sugillans in locis quibus non conuenit.

Andernacus

Pag.256. uersu decimotertio, συντείνει. codex habet θερμαίνει, & astipulatur Galenus. Andernacus rursus conqueritur hic, quod ipsius authoritatem, fidei codicum non prætulerim. Quorsum autem attinebat, testis parũ idonei suffragium adducere, cum suppeteret ueteris codicis scriptura, adstipulante insuper Galeno?

Andernacus querulus

Pa.257. uersu octauo, ἐκ τῆς τρίτης ὢν τάξεως. Videtur deesse quidpiam hic. Galenus libro Simplicium octauo, ἐκ τῆς τρίτης που τάξεως ὢν τῶν ψυχόντων. Sic habet etiam Aëtius libro primo, capite de Hyoscyamo. Cæterũ Andernacum hic demiror, quem nõ puduit commentari, finxisse me in antiquo exemplari reperisse addendũ ψυχόντων, cum exemplaris hic prorsus nullam fecerim mentionẽ, in locis aly̆s, quos è codice restituebam, nusquam non fecerim. Cupit autem persuadere, me istud ab eo mutuatum dissimulasse. quod si facere constituissem, passim eius nomen reticere, & nusquam ipsius meminisse poterã, quod præstiterat. Sed puto tamen eum hæc ita scribere, non maledicendi studio, quod ab ipso est alienissimum, sed quia forte cupiat hoc factum esse, ut facinorum scilicet suorum socios habeat. Ita namq; ferè passim in Oroscium peccat, à quo cum omnia prope traduxerit, quæcunq; emendationem non uulgarem, & inuentionem homine docto dignam habent, uix tamen illum nisi per contumeliam appellare solet, & hoc nõ est dissimulare per quem profeceris. Neq; uero ab hoc instituto prorsus diuersum est consilium, quo in Anatomicis institutionibus usus fertur. Cum enim pro more nouorũ magistrorum Parisiis pridem doceret, proponeretq; Anatomicarum institutionũ lectionem, quod conscius sibi esset quàm adeo nihil in corporũ sectionibus præstare posset, Andræa Vessalio usus est adiutore & præceptore. Et passus quoque tum est Vessalius, Anatomicarum institutionum librum, quamuis in eo pleraque sua esse cognosceret, istius tamen nomine in publicum euulgari. Et non multo post profectus in Italiam, quum in celeberrimis eius terræ gymnasy̆s, permultis consectionibus diligenter administratis, totum librum recognouisset, permulta emendasset, non pauca itidem adiecisset, Venety̆s ædidit iterum, istius nomen è titulo non expungens, sed suum quoq; nomen illi ady̆ciens, ut ipsemet testis esset sibi operæ ac diligentiæ in hac re præstitæ. Quid autem iste? libellum ut nactus est, cis alpes rursus ædidit, expuncto Vessalio, appositoq; solius nomine Andernaci, tanquam opus suum esset. in epistola tantum præliminari, lectorem admonens, egregiam operam in eo præstitisse Vessalium: tanquam iste scilicet author eius libri solus fuisset, alter correctorẽ egisset tãtum, expungens uidelicet aut l, aut m, aut n, aut r, quemadmodum in Paulo Aegineta fecit ipse. & non inuentionem totam & cõstituisset primum, & auxisset postmodum. Talibus iste artibus usus pridẽ, cupiebat opinor, cæteros similes esse sibi, & persuadet forte sibiy̆psi talia, et imaginatur esse uera, quemadmodum melancholici, quæ uehementer cupiunt aut metuunt, imaginari solent sic sese habere.

Andernacus

Pag.258. uersu primo, εἰ δὲ πλυθείη, τοῦ ἀπλύτου χρησιμώτερός ἐστι. assuendũ putant rursus hic, τῶν ἁπλοσαρκῶν, ut sit lectio, εἰ δὲ πλυθείη ἐπὶ τῶν ἁπλοσαρκῶν χρησιμώτερός ἐστι. quod ut sententiam falsam non habet, & in glossam admitti potest, ita non constat à Paulo sic scriptum fuisse, & omnino in dictionẽ referẽdum esse. Cur autem assuamus cæterorum libris, quæ nobis uideantur, si nihil urgeat? Mirũ est uero, quo pacto in mentem uenerit illi, ut hoc potius assueret, quàm alia quæ eodem in loco scribit Galenus. Sic enim habet. καὶ δὴ τοῦτο εἰ πλυθείη, κάλλιστον ἐστὶ φάρμακον εἰς συνούλωσιν ἑλκῶν. ἐργάζεσθαι δὲ τοῦτο δύναται καὶ πρὶν πλυθῆναι, καὶ μάλιστα ἐπὶ σκληροτέρων σαρκῶν. ταῖς δ᾽ ἁπαλαῖς ὁ πεπλυμένος χρησιμώτερος. Aëtius libro secundo, capite septuagesimooctauo, καὶ δὴ τοῦτο εἰ πλυθείη, κάλλιστον φάρμακον

de Simp. 9.

εἰς ἐπούλωσιν ἑλκῶν γίνεται. πρὶν δὲ πλυθῆναι, ἰδίᾳ τῶν σκληροσάρκων ἁρμόζει. Hæc appono, ut cognoscat lector quàm uariæ sint authorũ scripturæ, & quàm sit lubricũ affingere illi quippiam, è talium hominũ sutrinis emptum. Et si quis istud sequendum omnino putabit, à calumnia tamen liberum esse decet eum, qui primum hæc non est ausus, cum id in manu sit omnium, neque opus hic monitoris sit opera.

IIII Pag. 259. uersu uigesimo, διαφορεῖ γὰρ. nõ inscite ambigitur, num sit legendum διαφθείρει, & huic adstipulatur locus sequens cap. 6. quanquam illic de purgantibus dicatur. nostram lectionem codices habent, eiusq; sententia fuerit, quod aloë cibum non adhuc concoctum distrahat, nam intro assumpta uim habet aperiendi. & huic affinis est ratio ob quam τὰ διουρητικὰ Galenus cibo misceri prohibet. Sic annotaueram antea, quia Andernacus uidebatur nouationem aliquam meditari rursus, & uidetur placuisse hæc sententia, uertit enim: per corpus digerit. prius aũt non prorsus ita. & uersu uigesimoseptimo, pro ἐσκιῤῥωμένην, legendum putant ἐσκληρωμένην, & non multo post pagina 264. uersu trigesimoprimo, idem faciunt. Apparet eos quæsiuisse rursus quod emendarent, nullum enim adferunt testimonium aliud, quàm quod τὰ ἐσκιῤῥωμένα, emolliri aut discuti, aut medicamẽtis sumptis amoueri nequeant. Videtur autem temerarium esse contra fidem scripturæ loca tam uaria immutare, cum per uocis interpretationem sententiæ mederi liceat, si accipiamus ἐσκιῤῥωμένον significare τὸ λίαν ἐσκληρωμένον, nõ ita tamen ut exquisite in scirrhum obduruerit, qualia adhuc medicamentorum auxilium admittunt. Medetur namque Galenus σκίῤῥοις τοῖς μὴ ἀκριβῶς ἐσκληρωμένοις. et interpretationem etiam probat quod sequitur μοχλεύειν, uiolenter detrahere significãs, ὅ,τι τοῖς μάλα ἐσκληρωμένοις καὶ οἷον ἐσκιῤῥωμένοις aptum est admodum. Id adnotaui, non ut contenderem, sed ut ostẽdam, si quis ob tales cogitationes, scripturam uarijs in locis & exemplaribus diuersis sibi consentientem, per interpretationem uocis concinnandam potius quàm pro arbitrio mutandam duxerit, nullius hominis calumniam commeruisse.

Andernacus temerarius

Pag. 260. uersu septimo, Non uideo cur hic Oroscius recte legat ἀλλὰ τῶν πλευρῶν τε καὶ νευρωδῶν, id est, sed à costis etiam & neruosis partibus. Lectio nostra codicum est, & cõfirmat eandem Aëtius libro tertio, cap. 34. ὅθεν νεύρων καὶ νευρωδῶν σωμάτων ἐστὶ καθαρτικόν. Cornarius: neruorũ neruosorũq; corporũ purgatiua est. uers. 35. rursus subtiliter adnotarunt legendũ ὡς πεπαιδεῦσθαι, expungendo elementum λ.

Pag. 261. uersu uigesimotertio, Compositio ἐκ τῶν κατὰ τόπους primo, ubi uariat descriptio. ἔχει δὲ ταῦτα, inquit, τῆς μὲν κολοκυνθίδος ἓν μέρος, ἀλόης δὲ καὶ σκαμμωνίας ἑκατέρου δύο, τούτοις ἓν μέρος ἐγὼ μιγνύω χυλοῦ ἀψινθίου.

Pag. 261. uersu tertio, λεπίδος κυπρείας ∠.S. Codex ∠.β̄. Item 18. ἀμμωνιακοῦ ϛ'. ∠ᾱ. Codex ∠.β̄. Item 32. pro στρώσας codex habet ἑνώσας.

Pag. 262. uersu trigesimo, scammonij pondus corruptũ esse apparet, & aut uncia mutata è drachma, ut sit lectio uera, ∠s. aut numerus corruptus, uelut si scribendum sit uncia S. ut putarunt alij. & uersu 35. habuit prior æditio γρ̄ η. & paulo post, ποιεῖ πάντως ζ. ἢ ὀκτὼ συνεγγὺς γαστέρας, καὶ μετὰ &c. annotaueram itaq; pridem, legendum esse ποιεῖ πάντως ζ. ἢ ὀκτὼ συνεγγὺς ὀβολοὺς, καὶ μετὰ τὴν λήψιν λούσας, τρέφειν ὠὰ καὶ ἄρτον. nam ὀβολοὺς fuisse corruptũ uidetur in γαστέρας, ab ignaro scriba fortè, reliqua bene habent, nam τὸ, γρ. η̄, nullam rationem habet, ac potior est lectio Alexandri τὰ ῑ γράμματα, ut cõmunis dosis sit κερατίων ι̅ϛ̅. τοῖς δὲ δυσκολίοις propinentur κερ κ̄γ. id est, ὀκτὼ συνεγγὺς ὀβολοί. deest enim. κερ ᾱ, cum octo oboli integri constituant κερ κ̄δ. Sic pridem ego. Verũ Andernacus, timere se simulat, nisi uox γαστέρας adseruetur, ne cogitet lector de phlebotomia forte, aut aliqua alia peregrina euacuatione, per tales pilulas administranda. Attamen si malicia non præpeditus ille, & Græci sermonis naturam sequutus, animaduertißet τὸ, ὀβόλους locandum esse post συνεγγὺς: plus potuisset apud eum nostra sentẽtia, quàm inanis ille metus. Infrà libro septimo, cap. 26. ὅπου δεῖ τὸ ὅλον συνεγγὺς τρίτου.

Andernacus præ malignitate cæcus est

pag. 305. uer. 35.

VIII Pag. 263. uersu quadragesimooctauo, annotat hic Oroscius è codice suo, legẽdum ἀνὰ ∠s. id est drachmas sex. Auicenna libro quinto, capite secundo, in hiera Galeni, descriptione Pauli, ana aureos sex, quo loco etiam falso legi agarici, cuius nec in Galeno, nec in Paulo mentio sit, & pro euphorbio, hypericon, idẽ existimauit. Apud Aëtium tamen libro tertio, capite 113. & hæc & alia adijciuntur, ubi in ponderibus quoque uariat compositio, eodem titulo. Andernacus uidetur locum præterire uoluisse, tanquam ab Oroscio satis annotatum.

Andernacus

Pag.264.uer.7. ἡ δὲ δόσις αὐτῶν ἡ τελεία ∠. β̄. hic omnino opinor legendum ∠ δ̄. nam dosis maxima hierarum omnium adiecto melle, est ∠. δ̄. Atq; apud Aëtiū libro 3.ca.116.& quatuor capitibus sequentibus, in quibus etiam eadem dosis toties repetitur. Apud eundem hiera Ruffi, quæ in fine præcedentis paginæ hic habetur, uariat. Cæterum media dosis fuerit γ̄. minima β̄. drachmarum. Annotatur hic ab Oroscio Auicennæ error lib. 5. in hiera Archigenis descriptione Pauli, ubi pro ∠ ι. habentur aurei 20. & omittitur myrrha, quam habent & Paulus & Galenus.

X Pag.265.uer. 16. εἰ μὲν κατὰ λόγον ἡ κένωσις γίνοιτο. i. si ut decet procedat uacuatio. Somniat Andernacus nisi legatur κατ᾽ ὀλίγον, textū fore uitiosum. si helleborismo interim fuisset usus, maius erat operæpreciū. & uers.48. χοίνυ ἄνθυς ∠ ιβ. habet codex. adstipulante Galen. lib. de Theriaca ad Pamphilianum, ubi habetur compositio. ut & in libro de Antidotis habetur alia, sic an-

Andernacus tea notaueram. Vertit tamen Andernacus ∠ β. et nimirum nō recte.

XI Pag.266.uer.9. ἡδυχρόυ. i. trochiscorum

Oroscius hedychroi. sic enim uertendum est, inquit Oroscius, cōfirmante id Galeno libro de Theriaca ad Pamphilianum his uerbis, ἀρτίσκων ἡδυχρόου. Andernacus errore quodam uertit: hedychroi ma-

Andernacus gmatis. Sic Oroscius. Andernacus autem nescio quo spiritu nūc putat omnino istud ἀρτίσκων in dictionem Pauli reponendum, forte ut illum admoneret in posterum nō esse dicendum magmata, sed pastillos, ut iußit Oroscius. Mox adscripsit marginibus commentariorum suorum, instauratam illic esse lectionē Græcam. Si emendasses cerebrum tuum ὦ οὗτος ἐκεῖνος. & uer.10. ῥόδων ξηρῶν ∠ ιε. legit Oroscius drach. duodecim. Confirmans id è Galeno libro de Theriaca ad Pamphilianum, & libro de Antidotis 1. Et ex Auicenna, qui ait, rosarū aureos duodecim. Andernacus hic ab Oroscio notatus, ut qui male pridē uerterit drachmas quindecim, hunc locum ex eo nunc mutua-

Andernacus impudens tus est. Quamuis dissentire se ab Oroscio simulet, errorē typographicū callide dißimulans, quem per incuriam officinarum contigisse manifestū est è locis authorum quos citat Oroscius, maxime uero Auicennæ exemplo, in quo nullum uitium est.

& uer.11. adijcit Galenus, inquit Andernacus, γογγύλιδος ἀγρίας ∠ ιβ. & uer.13. δικτάμνου ἄνθους. admonet Oroscius è suo codice, adstipulātibus Galeno et Auicenna, dictionem ἄνθους expungendam esse. & uer.14. ναρδοστάχυος, legit Oroscius νάρδου ἰνδικῆς. additq; è Galeno ∠ ς. ut sit uertendum, nardi indicæ singulorum drachmæ sex. floris psilij &c. & confirmat sententiam hanc Auicenna, omnium, inquit, ana aureos sex. & uer.17. pro βαλσάμου legit Oroscius è Galeno & Auicenna καρποβαλσάμου. i. fructus balsami. uersu eodem, φοῦ ὀπίου. legit φοῦ ποντικοῦ, id est phu pontici, ex Galeno & ijs quæ præcesserunt, nam positus iam est succus papaueris, quod est opium. & uer. 20. ὀπὸν ὑποκυστίδος. i. succū hypocystidis, non ὄπιον legitur. & uer.39. ὕδατι νεφριτι-

Andernacus κῶν μετ᾽ ὀξυμέλιτος. Oroscius è Galen. μετ᾽ οἰνομέλιτος legit. Quæ uniuersa furtim ex Oroscio in cōmentaria sua retulit Andernacus, pridem enim nihil horū animaduerterat, & ne uno tamen in loco eius diligentiam commendans, sugillans sæpenumero. hanc solam gratiam habet illi. In carnificinam relegandi sunt tales discipuli. & uer. 45. ante istud caput in priore æditione ita scriptū erat. ἐνταῦθα πρὸ τῆς μιθριδατείου, τὰς θηριακὰς ἄλλας τακτέον. εἰσὶ δὲ ἐν τῷ τέλει τοῦ ζ. βιβλίου, μετὰ τὸ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, deinde sequebatur titulus ἡ μιθριδάτειος διὰ σκίγκου. atq; compositio ἄλλων θηριακῶν ad finem libri locabatur. Ita habebat prior æditio. Nos, quando non dubitauimus culpa scribæ id accidisse, eam in suum locum reposuimus. Ceterū ἄλλων θηριακῶν compositio apud Galenum uariat in calce libri ad Pisonem. Sic annotaueram, & satis esse poterat studiosis indicasse locū è quo ista desumpsisset Paulus, & cuiuis licebat cognoscere in quibus differret Gal. traditio à scriptura Pauli, siue ponderibus siue cæteris, cum omnium manibus uersetur Galenus. Verum Andernacus, impudentibus mendaciorū furijs agitatus rursus, insultat hic no-

Andernacus mentiri pergit bis, clamitans prætermißam esse huius loci emendationem. Ergo longam narrationem instituens eorum quæ apud Galenum secus quàm hoc in loco reperiantur, emendationem integram totius capitis pollicetur magnifice, re tamē ipsa non præstat, nam omißis quæ non minus fuerant ad emendationem necessaria, quàm quæ apponit ipse, putat sese uniuersa perbelle restituisse. Exorditur igitur, quod uer.49. pro ξ β. Galenus melius habeat λι. α. & pagina seq. uer.9. pro ἀνὰ γο α. scribat δ γο & sequente, θύμου κορύμβων ἀνὰ γο θ. pro λι β̄. ut mox μαράθρου λι β non π̄. quo etiā in loco sese subtiliter occupat in demonstrando quo errore τὸ π̄. scribi potuerit pro β. & quo pacto Latini eandem literam in e mutare consueuerint, oblitus, opinor, addere τὸ μακρὸν, id est, in e longū. Cuius exquisitæ diligentiæ etiam est quod præterijt, & non addidit apud Gal. supra cætera quæ hic sint, haberi πεπέρεως μέλανος, cuius ta-

men

men admonere nos debebat, aut instruere nos Paulum id consulto omisisse, & compositioni addere noluisse, eiusq; facti rationem reddendam si nesciuisset, in aliud tempus reijcere, & spem nobis futuræ eius auscultationis facere potuerat. quo facto si nihil aliud, saltem hoc profuisset, quod abstulisset à nobis crassam ignorationem, per quam falso quispiam nunc existimabit forte, istum dormitasse hic, & non recte notasse compositionum differentias, cum instituisse uideatur omnia recensere, non solũ quæ ponderibus varient, sed & quæ scripturæ desint, ut non multo post cæteris adnotatis adijcit deesse hic in uer. 12. πετροσελίνου ὀρεινοῦ, quod tamen apud Galenum recenseatur. quo ipso quoq; in loco rursus cogitandum relinquit lectori & quærendum, cur non addatur τὸ, σπέρματος, quando apud Galenum habetur, πετροσελίνου ὀρεινοῦ σπέρματος, & narrationis huius initio pronunciauerat, Paulum hæc ad uerbum à Galeno trãsscripsisse. Ergo addendũ hic apparet hoc quoq; uerbum σπέρματος, quod tamen nõ recensuit. proinde iniquius nobiscũ agere uidetur ubiq;, magnorum errorum occasionem præbens nobis, dum falso suspicabimur eum hæc omnia neglexisse: quemadmodum flagitiose quidam olim existimarũt, in curatione hydropis flatulenti nesciuisse eum quid significaret uox πεδιαιρετέον.

Pag. 267. 29. ἡ διὰ αἱμοδώρων. è secundo de Antidotis Galeni descripta hæc uidentur, sed uariant tum in ponderibus, tũ in enumeratione simplicium, uelut illic crocus additur, cuius hic nulla fit mentio, hic ponitur anethum quod illic desideratur. In ponderibus uariãt, dum ponuntur illic cinamomi drach. 6. petroselini drach. 5. polij creticí tantundem, myrrhæ nardi singulorũ drac. 10.

Andernacus negligens

præterijt ista omnia in suis cõmentarijs Andernacus, quod supra modũ demiror, nisi id sit, quia ad calumniam non erat idoneum, cum prius quoq; annotatum esset. Sic paulo ante, uersu 24. ἀνὰ ∠α. S. Codex habet ∠β. & adstipulari uidetur Galenus lib. 2. Antidoton. quo tamen loco uariat in alijs descriptio. & uer. 41. ἡμέρας ξ. magis placet quàm quod apud Dioscoridem habetur ζ. sequitur enim ἑῶσι μνᾶς ε. qui numerus triplus est. sic notaueram, quia apud Andernacũ fidem non paruam habere uidebatur, τὸ, ζ. Dioscoridis. habetur lib. 5. cap. 17. uide, nam uariat.

Pag. 268. 13. Φίλωνος ἀντίδοτος è Gal. τῶν περὶ τόπους 9. ca. περὶ τῶν αἰμωδιῶν. quo loco legitur ὑοσκυάμου drach. 20. quod hic est ∠κ. & quod codex habuit, ναρδοστάχυος ἀνὰ ∠ι. pro ᾱ. Gal. consentit cum æditione nostra.

Pag. 269. 24. pro σέσεως, inquit Andernacus, legũt quidam σέριος. i. intybi, oblitus opinor qui sint illi quidam, nam Oroscius ita legit è codice suo. si carpendus ei fuisset Oroscius, nõ dixisset, quidam non aduertere, quidam præteriere, sed diserte appellasset Oroscium, & non semel tantũ. *Andernacus* Sic enim nõ multo ante in descriptione salium theriacaliũ, cum satis fuisset semel admonuisse, Oroscium nihil super his attulisse, eo non cõtentus, singulis uocibus adiecit, omisit Oroscius, neglexit Oroscius, diserte ipsum appellãs, quo etiam in loco consultasse uidetur, an Gemusæus quoq; esset adijciendus & repetendus toties. quod tandem non placuit, & sat habuit ad postremam uoculam ex ea compositione adnotatam, hoc quoq; nomen apponere, ne idem mendacium toties repetiße lectori uideretur. Sic religiose mentiri cœpit, postquam ad calcem libri deuentum est, nisi forte fecerit hoc, agente eum propria sua conscientia. *Religiose mentitur Andernacus* At grauibus tamen illis consultationibus occupatus, non aduertit, se lectorem remittere ad librum de Theriaca ad Pamphilianum, cum in eo qui ad Pisonem inscribitur, contineantur hæc. sed dicet culpam esse typographorum, ponẽtium unum nomen pro altero, quia non multum referebat, quòd ambo boni fuerint socij, & amici Galeni. uersu 52. λιβανωτοῦ ℥ β˘. μακροῦ ℥ β˘. habet codex.

Pag. ducẽtesimaseptuagesima, uer. 2. νίτρου ℥ β˘. S. codex habet. Item uer. 1. pro πεφρυγμένου ℥ ᾱ habet β̄. sed hæc sunt exilia, quid autem nocet adnotasse? uer. trigesimoquarto, uariat apud Galenum ἐν τῇ κατὰ τόπους libro 8. capite ἀνδρομάχου πρὸς ἡπατικούς. Habetur & alia descriptio libro secundo Antidoton, carmine prodita. *pag. 44. uer. 52.* Cæterum cum in prioribus quoq; annotationibus locum Galeni indicassem & docuissem uariare ab hoc Pauli loco, nõ erat cur quis diligentiam hic nostram desideraret, ueruntamen Andernacus malignis furijs agitatus rursus, *Andernacus* ubi sigillatim enumerasset, quæ apud Galenum uariabant (id quod cuiuis licebat loco prius indicato, est enim perq̃ facilis hic collatio) non existimauit satisfactum lectori, nisi commendasset suam industriam aliorũ calumnijs. Aiunt cygnorũ genus, ante obitum suauißimas uoces edere. Videtur hic, priusquam librum finiret suum, ἁμάξας mendaciorum & calumniarum effundere constituisse. Habet autem Galenus libro τῆς κατὰ τόπους. βαλαύστιου ∠β. S. & quod sequitur hic, ναρδου τριώβολον &c. illic habetur ναρδου στάχυος ∠γ. σχοίνου ἄνθους ∠β. S. in libro Antidoton magis adhuc uariat.

Pa. 271. 42. pro λινοσπέρμου legit Oros. è codice, λιθοσπέρμου i. lithospermi. meminit eius herbæ Dio-

bæ Dioscorides lib. 3. & ait calculos comminuere & urinam prouocare.

XII Pag. 272. uer. 24. ἀσάρου uidetur hic deesse aut πεπέρεως, aut aliud. & uers. 36. pro περιπάσσειν, i. inspergendo legit Oroscius περιπλάσσειν, obstruendo. & uer. 40. pro διὰ χυλοῦ πτισάνης ἢ τοιούτου τινός. legitur, inquit Oroscius, in antiquo codice μετὰ χυλοῦ πτισάνης ἢ τοιούτου τινός. Andernacus conuerterat hoc mirabiliter, ut alia permulta. Sic enim: terra Samia ex cremore ptisanæ, aut eiusmodi aliquo præparati: cum loquatur Paulus de immittendis per clysterem, non de præparandis. *Andernacus*

Pag. 273. 18. uariant apud Galen. pondera lib. 7. τῶν κατὰ τόπους ἐν τοῖς ὑπ' Ἀσκληπιάδου γεγραμμένοις πρὸς αἱμοπτοϊκούς.

Pag. 274. 9. λιβάνου ∠. δ´. addit cod. & Galenus astipulatur. habetur autē libro ε. τῶν κατὰ γένη. uer. 25. iubet illa coqui uino, & ex decocto dari cyathos sex cum ∠. δ´. pharmaci.

XIII Pag. 275. uers. 46. & sequente. locus magis intelligi potest, quàm fideliter potuerit restitui.

Pag. 276. uer. 23. est lectio antiqui codicis, prior habebat. λιθαργύρου, λιβάνου, λεπίδος χαλκοῦ, ῥοιδίου, ἀμύλου, ψιμυθίου τὸ ἴσον. si placet magis, appone.

XIIII Pag. 278. 2. pro ὄμφακος legit è codice suo Orosc. ὀμφακίου. i. succo uuæ acerbæ. affirmante Galen. 6. τῶν κατὰ τόπους in præparatione diamoron cōpositæ. & uer. 13. σμύρνης μιννέας id est minneæ legendū docet è codice uetere Oroscius: adstipulante Gal. 6. τῶν κατὰ τόπους in eadem cōpositione. Et Diosc. lib. 1. cap. de Myrrha. μιννέα δὲ καλουμένη ἀπρόδεκτος. *Oroscius*

XVI Pag. 279. 48. sic habet prior lectio. εἰ μὲν οἴνῳ ἢ χυλῷ τινὶ λεαίνοιτο, τρίβειν αὐτά, τὰ μὲν μεταλλικὰ πολλῷ χρόνῳ, τὰ δὲ διὰ χυλοῦ ὀλίγῳ. quam lectionē Oroscius uidetur solam habuisse. sic enim: Si uino alióue succo sunt diluēda, terere etiam ipsa oportet, metallica quidem longo tempore &c. quæ uero ex succo, breui. nostra lectio fuit codicis. Cogitaui quandoq; an ita legendum esset, εἰ μὴ οἴνῳ ἢ χυλῷ τινὶ λεαίνοιτο, ut sensus sit, aqua pluuia terēda esse, nisi succo terantur aliquo aut uino. Inde ab alio initio sequatur, τρίβειν αὐτά. i. terenda esse metallica diutius, quæ cōstāt è succis, breuius. Nisi quis malit. εἰ δὲ μὴ, οἴνῳ ἢ χυλῷ τινὶ λεαίνοιτο, si aqua pluuia nō fiat hoc, tum uino aut succis faciundum. quo modo pluuia aqua cæteris præferatur. Simile quippiā infrà est, pag. 298. uer. 49. prima igitur scriptura sententiā habere uidebatur distortā, & dictionem nō nimiū aptā, quod suspicionem faciebat, esse corruptam, quamuis illā sequatur Andernacus, πάλιν συκοφαντῶν ἐνταῦθα.

Pag. 282. uer. 52. uariat descriptio apud Galenum lib. τῶν κατὰ τόπους quarto.

Pag. 283. 44. Andernacus in prima huius capitis annotatiuncula docens, ὕσσωπον pro οἴσυπον in Græco haberi, & perperā non mutatum à nobis fuisse, sycophantā agit rursus: ostenderam enim pridem quæ sit mea de hisce opinio, hanc debebat confutasse, & fecisset operæprecium. XVII

Pag. 287. uer. 7. Galen. τῶν κατὰ γένη lib. 5 sic habet: λεπίδος ∠ ς. χαλκοῦ κεκαυμένου ∠ η. ἀλόης ∠ η. χαλβάνης ∠ ιβ. quā lectionem confirmat Aëtius lib. 13. & id quod in hoc scriptore sequitur, de præparatione emplastri huius. aloë enim & æs inter alia recensentur. Oroscius.

& uer. 8. pro χισῆς, Gal. ἰοῦ ξυστοῦ. i. æruginis rasilis. adstipulante quoq; Aëtio loco citato, & hoc ipso authore, nam infrà æris squamam & æruginem infundere docet. & uer. 45. uide supra pag. 236. 6. ὅτι τὸ λίκινον ἰσοδυναμεῖ τῷ παλαιῷ. habetur apud Gal. lib. 2. κατὰ γένη. ἐλαίου λικίνου παλαιοῦ. nostra lectio est codicū omnium.

Pa. 287. 1. ἁλὸς ἀμμωνιακοῦ, ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος. Hunc locū apparet à Paulo ita scriptū fuisse, ἁλὸς θυμιάματος ἀμμωνιακῶν. mox ab aliquo τὸ ἁλὸς corruptū fuisse in ἀλόης, nā ita habet prior æditio. ἀλόης, ἀμμωνιακοῦ θ´. similis est huic locus cap. 13. ubi ait. τὰ διὰ μίσυος, χαλκίτεως κεκαυμένων. Item uer. seq. alius. Cæterum compositio est ἐκ τῶν κατὰ γένη lib. 2.

Pag. 289. 44. Sic annotauit hic Andernacus. Codex Græcus habet post pondus aristolochias drachmarū quatuor. Ιο. S. sed quatuor drachmæ ualent semuncia. puto superfluum. Non inepte hactenus. sed quod subiungit, Neglexerūt castigatores, mendacium est, fuit enim asterisco notatus à nobis locus, nam potuit deesse quippiam. *Andernacus*

Pag. 290. 11. Sic ait hic Andernacus. In fine emplastri ex lapidis asij flore Græcus codex superflue habet ὄξους δριμυτάτου. Nā superius aceti mentionem fecerat Paulus. Oroscius & Gemusæus omiserūt. Hæc ille. Sed mirū est cur ipse quoque nō potius omiserit, quā ita temere scripturā raserit, nulla authoritate adiutus. neq; cogitās, utrū potius radendū sit, istud ne an superius cum suo pondere, nā nōnihil interest. & an omnino aliqd aliud in locū reponendū sit. horū enim omniū nihil ille.

XVIII Pag. 291. 15. è lib. τῶν κατὰ γένη 8. ubi additur μελιλώτου ∠ κε. sic annotauerā pridem. Ergo mentitus est rursus hic Andernacus, sic. n. scribit. In malagmate polyarchio deest μελιλώτου. Instauratū ex Gal. neglexerunt hoc correctores. *Andernacus mendacium*

Pag.292.uer.34. πεντάμυρον. Hic Andernacus delirat, dicens superflua quædam esse in medicamento, quod quinq; tantū rebus constet. Et nihil superest, sunt enim quinq; res solū. Alterū Pholeaton, diuersum est medicamentū, cui aliquid deesse nemo est qui non uideat, ut non sit operæprecium hoc annotasse, sed emendasse fuerat operæprecium. sed hoc facit, ad finē subijci iubens ſo s. ex epistola nimirum ab inferis missa.

Andernac9 delyrium

Pag.293.uer.29. στάθος ταυρείου, apponit Alexander pondus, λι.α̅. hanc semel authoritatem attulit Andernacus.

XIX Pag.294.uer.4. Hic locus in priore æditione admodū erat corruptus. Nos nihil temerè, sed omnia fide codicis ueteris emendauimus. facit aūt Paulus hic tria genera τῶν ἀκόπων φαρμάκων, θερμαντικὰ, μαλακτικὰ, ἀμυντικά. quod nō solum nos è scriptura uetere sic collegimus, sed apertè cōuincunt quæ mox sequuntur, quando unumquodq; genus huius diuisionis rursus assignans, & materiam cuiusq; & usum apponit. De primo genere sic scribens, τὰ μὲν οὖν θερμαντικὰ, διά τε πεπέρεως καὶ τῶν ὁμοίων σκευάζεται, materiam enim exponit hic è qua præparātur. mox νεύρων τε πάθεσιν ἁρμόττει. affectus enumerat quibus conueniunt. De altero genere hoc pacto. τὰ δὲ μαλακτικὰ, assignatio alterius mēbri diuisionis est. σκληρίαις τε καὶ σκίρροις ἁρμόττει. docet quibus affectibus cōpetant. ὧν τὴν ὕλην ἐν τῷ περὶ ἐμπλάστρων ἐδηλώσαμεν, materiem exponit è qua præparantur. De postremo ita scribens, τοῖς ἀμυντικοῖς δὲ, proponit genus rursus. διά τε λεμνησίδος καὶ τῶν ὁμοίων συντιθεμένοις, exponit materiem è qua constant. ἐπί τε τῶν χρονίων καὶ δυσεκμοχλεύτων χρώμεθα, enumeratio est affectuum quibus cōpetunt. Ergo differūt inter se tria hæc genera, tum materia è qua præparantur tum ipso quoq; usu. Galen. lib. ϛ τῆς κατὰ γένη, cap. περὶ ἀκόπων, plures recenset horum differentias & appellationes. Hæc plurib. dico, quia Andernacus fœdè nobis locū hunc corrupit pridem, & subuertere nunc pergit. quod enim uer.7. magno consensu exemplariū legitur, τὰ δὲ ἀμυντικὰ, ipse mutare ausus est in μαλακτικὰ, præter codicum fidem, primā generum diuisionē totam ita corrumpens. Deinde quod uer.10. rursus habēt exemplaria, τοῖς δὲ ἀμυντικοῖς, iterum mutat in μαλακτικοῖς, non aduertens uersu tertio præcessisse μαλακτικὰ, & sententiā cum superioribus non ita cohærere & controuersam esse, ac multis modis falsam. Sic ille multiplices errores authoribus inducens, quāto sæpius refingit, tanto peccat pluribus. Et accedere illi semper uidetur noua arrogantia, eam cōsequitur impudentia, hanc uero temeritas, temeritatē ἀκρισία & iudicij inopia: sic eius studium indies fit deterius ineptiusq;, cōtra quam cæterorum mortaliū. Cum autē hoc in loco uetus codicum scriptura illi aduersetur, neque adstipuletur ratio, & uehementer pugnet sequentiū sententia, pronūciare tamen ausus fuit, dictionem sic mutandam esse tum è ratione, tum è sententia sequente. Deinde iudiciū appellat hanc indoctam temeritatem, iudicamus, inquit, sic mutandum esse locum. ô iudicium, ô emendatio, ô pudor.

Aëtiis lib. 3 ad finem

In priorib. annotationibus nunc idem sequutus

Pag.296. adde κ̅. numerū capitis. & uer.23. ἀλλοιουμένων. uetus lectio, inquit Oroscius, melius habet, ἀλουμένων, id est contusis. XX

& uer.38. legendum esse puto hoc modo. εἰς τὰς λι. ε̅. τοῦ ἐλαίου ἢ ξέστας β̅, εἰς, ἰοῦ ξυστοῦ λελωβημένου ἀκριβῶς μίαν καὶ S. ἐμβάλλοντες οὐγκίαν. aut tale quiddam, neq; opus est multa quātitate eruginis ut tingatur oleū, sicut in emplastris. Galenus lib.2. τῶν κατὰ γένη. & uer.52. διεψυγμένων, idem significat hic, inquit Oroscius, quod μεμαρασμένων. nam ψύχειν Hesychio, significare ξηρᾶναι. Esse aūt uulgatissimum in græca medicina, rosas et flores ad unguenta quadātenus esse siccandos, ut ea ratione purus eorū relinquatur odor: idq; manifeste testari Theoph. 6. de causis Plantarum. Qua ratione Diosc. libro 1. cap. de Roseis pastillis, eligendas præcipiat recentes rosas nullo alio humore madentes, cum. s. languere iam & arescere inceperint. Quodq; Paulus διεψυγμένων, ille μεμαρασμένων dixerit. Esse enim Græcis μαραίνειν, deficiēte paulatim & arescente humore extenuari, languere, contrahi, tabescere. Et per errorem dixisse Andernacū: rosarum refrigeratarum die noctuq; una. Sic Oroscius.

Oroscius

Pag.298. 49. pro ἀκόπων legendum ex Oroscij codice ἀκόπτων. i. non contusis, quod et id quod sequitur, cōfirmat. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ ξηρὰν γοῦν κεκομμένην σὺν ὀλίγῳ ὕδατι.

Pag.299.uer.24. adde κα̅. numerum capitis. & uers.41. ἀριθμῷ τ̅ trecēta lilia. Sic nos reposuimus. & consentit emendationi nostræ codex Oroscij. Andernacus numerū liliorū pridem omiserat, nunc tandem apposuit. sed quod uer.39 habetur, μετὰ τῶν φύλλων τῶν κρίνων διεψυγμένων πρὸ μιᾶς ἡμέρας. id est ξηραινομένων, ut sit uertendum, cum folijs liliorum pridie arefactorum. id ipse, repetitio errore, conuertit, pridie refrigeratorum.

Andernaci nou9 error repetitus

Pag.302. uersu 13. Quidam ita legendū opinantur, ἔψησιν οὐδ' ὅλως φέρει, μετὰ δὲ τὸ ἀπόλαυσιν γενέσθαι τὴν ἔμπλαστρον, &c.

Hactenus.